INTERPRETATIO

COMPENDIOSA IN LIBRVM PRI
OREM VSVVM FEVDO
RVM.

AVTORE FRIDERICO SCHENCK
EX LIBERIS BARONIBVS
A TAVTENBERG.

Multo utilius est, pauca idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauari. l. ii. §. contrarium autem. C. de uete. iure enuclean.

Halæ Sueuorum in officina Petri Brubachii:
Anno 1537. mense Augusto.

ILLVSTRI PRIN

CIPI CLARISSIMOQVE HEROI, DOMI
NO HENRICO COMITI A NASSOV, MAR-
chioni Zenetten. Comiti Vianden. Catzenelnbogen. Cy
den. & Dietzen. Bredano, Diestensi, & Grunbergen.
Domino, Protocamerario Cæsareæ & catholicæ
Maiestatis, eiusqꝫ Ordinis aurei uelleris militi,
Mœcenati suo colendissimo.

FRIDERICVS SCHENCK EX LI
beris Baronibus à Tautenberg, Salutem, &
nouo ineunte anno, literariam
strenam.

QVANDOQVIDEM, autore Plutarcho, iusticia, legis est finis: Lex autem principis opus: Princeps uero DEI simulachrum admi-nistrantis uniuersa, perquam recte salubriterqꝫ mihi facere uidentur, qui de legibus, cognitioneqꝫ iuris, conscripta monumenta principibus dedicare uiris consueuerunt, inclyte Heros, Mœcenas unice uenerande. Vtpote qui suam uelut opifici materiam suggerentes, non de principe tantum, sed de omnibus etiam, qui principis reguntur imperio, mereantur bene: simul & dispensantes, fructuosa cum industria, talentum sibi concreditum, diuinitus quoqꝫ uberrimam pij laboris remunerationem consequantur: Cum enim ad iusticiam erudiunt multos, diuiniloquo teste propheta, quasi splendor firmamenti, quasiqꝫ stellæ, in perpetuas fulgebunt æternitates. Proinde hoc identidem animo reuoluens mecum, posteaquam relicta illa functiõe, qua me superiore lustro, dicundo iuri, apud auditorium suum Imperiale, Cæsarea præfecerat Maiestas, uitę priuatę, ocioqꝫ laxiori essem restitutus, haud temere aliud, uel prius, uel antiquius duxi, ꝙ tẽporis opportunitatem, rei longe preciosissimæ, talibus literarum studijs mancipare, quibus tum gentilitius stemmatis honos, gloriaqꝫ a ma

loribus suscepta, per me quoque ad posteros transmittatur: tum etiam aliis suppeditetur cōpendii, ususque nonnihil, uel ad Reipublicæ munera, uel ad tribunalium subeunda officia, momentum obtinentis. Equidem ab ineunte ætate, semper in animum induxi, optimarum literarum, & præcipue legalis philosophiæ nostræ disciplinam esse titulis omnibus caducis speciosiorē, nō in marmore, aut ære, sed monumentis sempiternæ gloriæ incisam, generis stemmate clariorem, diuitiis Crœsi opulentiorē, honoribus, ac fascibus sublimiorē, cunctis denique extrariis, fluxis, caducis, euanidisque rebus (quantumuis personata quadam, umbratilique fucatæ beatitudinis specie, imprudentum perstringant oculos) præstantiorē, solidiorem, ac stabiliorem: utpote cuius ductu ac nixu, mundus subsistat, reges regnent, mortales efficiantur immortales, qui corporea soluta cōpage, cœlestibus iunguntur, uelut sydera, in firmamento cœli, perpetua fulgētes claritate. Immortalitatem quippe nō fortunæ bona, non rerum humanarum præsidia, nō fluxi splendor fastigii, non imagines, nō colossi, non statuæ, nō pyramides, non arcus triumphales, non alia denique sumptuosa hoc genus monumenta, sed diuini humanique iuris tribuunt disciplinæ. Harum enim gloriam nulla uetustas, nulla temporum iniuria, nullaque penitus obliuio abolebit: Illa uero inter laudantium ora euanescunt, omnibus casibus, omnibus semper obnoxia ruinis. Quarum meditatione rerū impulsus, statui & ego, pro ingenioli modulo, talentuloque concredito, quippiam conari, progignere, in mediumque proferre: quo mihi apud summi, omnisque boni dispensatorē, utcunque uitæ transactæ constet ratio, pariter ad alios scatebra literarii quæpiam usus (modico licet alueolo) promanet. Qua de causa a teneris unguiculis, iuris utriusque studiis innutritus, & mox a prima lanugine, iudicū subselliis collocatus, utpote in cōsilium Cæsaris ante annos undecim, quod secretū uocant, uiuente inclyta heroina Margaretha, Diui Maximiliani filia, accitus, quædam ad forensis palæstræ exercitiū iurisque dicendi normam cōsentanea, duobus libellis congessi: non quidē ex ullo glossematū cōglomeratore, sed ex ipsis purissimis fontibus iuris ciuilis ab Imperatore Iustiniano, perque limpide repurgatis. Cum enim uiderem miris latifundiis causarum meandros inuolui, mirisque implica

rila-

ri labyrinthis, mihi uero assidue apud tribunalia considendum esset, relegens totum ciuilis scientiæ Corpus, locos q̃sdam communes, quibus ceu diario uterer, uelut(que) indice rerum sæpius agitandarum concinnaui: nõ ex Speculatore illo, ut nuper sciolus quidam, titulos duntaxat submittens oculis, nõ rem ipsam, lectionis, iudicij(que) libripendio trutinans, deblaterauit: sed ex ipsis iuris utriusq(ue) penetralibus, textibusq(ue) ipsis: adeo ut ab hoc hominum genere, qui pro suo more, adhuc glandibus uescuntur, frugibus repertis, non uulgaris mihi etiam sit calumnia metuenda, q(uod) textualis sim (ut aiunt) & non disputem ad partes, ut ipsi solent, purissimum iuris gurgitem, perenniq(ue) dulcedine fluentem, cœno, ac illuuie fœdissime conspurcantes. Porro & iuris Conclusiones nõnullas, quibus litigatorum controuersiæ in Auditorijs Principis diremptæ fuerunt, cõpendiose in libellum redegi. Nam omnes, quas multus rerum usus suppeditauit, uno tẽpore, in unum cogere uolumen, operæ fuerit prolixioris. Prodit igitur in præsentiarum Tomus Conclusionum Iuridicarum primus: Reliquis (si dexter aliquando sit Mercurius: imo si Deus cœpta nostra secundet) caput q̃q(ue) suo tẽpore exerturis. Postremo cũ inter principes & magnates, creberrime apud consistorium Imperialis Cameræ (cui fere quadriẽnio, iudicis loco, præfui) summiq(ue) momẽti feudalium causarum lites suscitarent, perspicuã quãdam & cõpendiosam, minimeq(ue) ambitiosam, sed uelut proprio Marte in feudorum usus, alioqui difficiles, intricatos, ac tortuosos, interpretationẽ sum aggressus. Hoc. n. malui, q(uam) noua quadam ordinis excogitata ratiõe, feudalẽ materiam cõplecti, idq(ue) ne messem ex semẽte aliena mihi uiderer cõparasse. Quũ post alios, Bartholomæus q̃q(ue) Baraterius, cõsummatissimus iuris utriusq(ue) professor, eam insumpserit operã, ut librum feudorum reformarit, ac in breue reduxerit opusculũ, Duci Philippo Mariæ dono q̃ndam oblatũ, ut in præludijs feudorum cõmeminit Iason: prodierit(que) hisce dieb. mihi ante has lucubratiões nõ uisum, In usus feudorum Zasij Iurecõsulti eximij cõpendium quoddam, & dilucida breuitate, & ordinis elegantia cõmendabile. Videbar itaq(ue) mihi precium operæ facturus, si iuxta receptum ordinem titulorum, eam iuris partem pro uirili illustrandam susciperem, qua uix alia, uel utilitate patet latius, uel rerum pondere præcellen

tior exstitit. Vtpote, quæ non plebeis, pullatæque turbæ, sed magnatibus, principibus, ipsisque adeo regibus leges præscribat, nō de rebus uulgaribus, sed ipsa rerum summa: nempe qua Principis fortunas possident, ditiōe uniuersa, quę omnibus fere per sacrum imperium terris, hoc seculo, beneficij feudalis iure censetur. Ad hunc conatum natales mei inuitare etiam me uidebantur: quos ex uetusto Baronum Imperij sanguine constat profluxisse. Calcar etiam subdebat ipsa rei indignitas, quod rem tam sublimem, breuibusque regulis adstrictam, tam confuse, tam abiecte, tam adulterine, tam inconcinne tractatam ne dixerim, an raptatā, iactatamque sursum, ac deorsum a glossatoribus uiderē. Nam, ut alios omittam, Aluarotus ille, qui inter feudorum cōmētatores uidetur præcipuus, quantam uoluminis partē implet cōtinuationibus, diuisiōibus, summarijs, casuum positiōibus, literę (ut ipse ait) expositionibus? Quibus uelut infantibus cibū prę mansum in os inserit, nō minus ridicule, quam tędiose, certe nullo cū fructu legētis. Quot insuper exoticas, nihilque instituto cōsentaneas quęstiones, uelut obtorto collo, in rem feudalem contorquet? Quoties cū deliris glossatoribus delirat, & (ut in prouerbio est) hircū mulgēti supponit cribrum? Quoties corrupte, citraque iudicium, textus iuris profert, citatque? Quoties umbratica pro ueris, suppositicia pro natiuis, superuacanea molestia repetit, & inculcat? Vt interim taceam, quam crassa Minerua, barbaraque, ac subuentanea loquentia per asperos, ac confragosos anfractus lectorem circumducat. Quanquam nō tam homini, quam seculi iniuriæ hæc uideantur imputanda. Nam quod ad ipsum attinet, quantum uel industria, uel ingenio potuit, feudorum iura explanatiora reddere studuit: prout illius ætatis pingue iudicium permisit. Verumenimuero rerum forensium mole pressum, prælibata, quæ inceperam, opera, lites ex litibus, rediuiua semper pullulatione nascentes, ad periodum perducere non sinebant. Itaque tandem Ecclesiasticæ meæ uitæ restitutus, (quam hactenus maiore cum literarum, quam sacerdotiorum fructu, iam annum ætatis meæ trigesimum agens tercium, exegi) fœturas quondam inchoatas, non humani solum, sed diuini etiam iuris (ut breui, auspice CHRISTO, apparebit, ut-

cunque ab

cunctaque absolui. Ex quibus, ceu gustum aliquem literariæ præbens industriæ, Libri usuum feudorum prioris Interpretationem: Et de ijs, qui in iudicio uersantur: Deque actis ciuilium iudiciorum, Libros duos, quos fori progymnasmata libuit appellare, quum uelut prima sint tyrocinia forensis militiæ: Item Viridarij Conclusionum Iuridicarum Tomum primum, Celsitudini tuæ, uelut primariæ meæ erga eandem obseruantiæ arrabonem, dedico, consecroque. Cui enim, hoc seculo, potius mea studiorum desudet officina, quam ei, qui nostro in orbe, studiosorum, doctorumque omnium sit Mœcenas, asylum, ac præsidium singulare? quique eruditionem omnibus ornamentis existimans præstabiliorem, præclarissimæ indolis filium tuum, Aurariæ Principem, forma conspicuum, ingenio præcellentem, eloquio disertum, ita curasti bonarum artium erudiri disciplinis, ut magnis in re literaria progressibus factis, non alieno, sed suopte nitens præsidio, uelutque suo Marte, Latinos quosuis autores non intelligat solum, uerumetiam iudicio, censuræque submittat. O parentem, omni æuo, perenni laudum præconio celebrandum, qui non solum amplissimas opes, florentissimum patrimonium, & longe lateque patentes ditiones, sed literariæ etiam possessionis nunquam intermorituram hæreditatem, filio Principi relinquat: Qui cum genus per se clarissimum, studiorum gloria, & omnifariam uirtutis splendore illustret, quid esse queat tam augustum, quod de ea sibi polliceri non possit orbis? Sed quemadmodum de Carthagine dixit Salustius, silere, quam de huius Herois laude, pauca dicere, præstiterit. Iam uero, quod hoc memorabile, quod coniugem quoque tuam, clarissimis ortam natalibus fœminam, præter alia sexus ornamenta, literarum etiam studijs condecorari conspicimus? Quæ suæ in re literaria institutioni, Ludouicum Viuetem, Hispani sanguinis uirum, & doctissimum philosophum, & eloquentissimum præfecit oratorem: Quo moderante, insignis Heroinæ, roseo ab ore, iam uerba Latina, poetarum uersus, rhetorum ornamenta, sententiæque philosophorum, ceu nectar & ambrosia destillant. Quæ si, ut cœpit, huiusmodi gemmis se ornare perrexerit, haud uano ductus præsagio, plane auguror futurum, ut Hecubæ Priami, Creusæ Aeneæ, Artemisiæ Mausoli,

Monimæ Mithrydatis, Atossæ Darij, Ariadnæ Minois, Portiæ Bruti, Plotinæ Traiani, reliquisq; laudatissimis fœminis, animi, naturæ, morumq; dotibus, haudquaquam sit cessura. Præterea hanc dedicationem uel ob id mihi suscipiendam existimaui; q non solum inclytas tuas ditiones, iusticiæ, iurisque norma administres, sed te etiam ipsum, in omnibus publicis, priuatisq; negocijs, legũ rationi submittas: Tum demum una cum Agesilao illo Magno, uere, iusteq; ducem imperare existimans, quando & legibus, & magistratibus paret. Quo fit, ut præter alias tuas innumeras dotes, summa cum prudentia sapientiaq; coniunctas, maximi te faciat maximus & inuictissimus Imperator, planeq; apud Maiestatem eius, haud alio consistas gradu, quam uel ob prudentiam singularem, quondam apud Philippum Macedoniæ regem, Antipater, uel apud Darium Persaꝝ regem, Zopyrus ille, ob incredibilem morum integritatem. Huic eñ rex sic fuit affectus, ut oblato malo punico prægrandi, tantum optarit Zopyrorum, quantum inesset in eo granorum. Quam uocẽ de Celsitudine tua, merito Imperator q̃q; noster CAROLVS poterit proferre. Superest igitur Clarissime Heros, ut hũc feudalem partum, reliquasq; fœturas nostras, addictissimo sane ex pectore profectas, ipse multis feudorum beneficijs famigeratus, simul & iudicum in territorijs tuis, principis loco, habens subsellia, æqui, boniq; consulas: me in tuorum album réferas: ac Cęsari, ut quæ benignissime recepit, liberaliter aliquando præstet, commendatum efficias. Quod si hanc æditionem Celsitudini tuę nõ displicuisse animaduertam, operam nauabo, ut quæ eius generis adhuc abdita delitescunt, in lucẽ aliquando, nõnihil, q̃; hæc iam sint, prodeant comptiora: Tametsi feudoꝝ res eo sint prognatæ seculo, ut nõ æque Latini sermonis puritatem, ac aliæ iuris partes, recipere uideantur. Bene uale Heros inclyte, idemq; incomparabilis patrone.

Traiecti, ex ædibus nostris, Anno restitutæ Salutis, supra millesimum quingentesimum XXXVI.

FRIDERICI
SCHENCK EX LIBERIS BAronibus à Tautenberg.

INTERPRETATIO
COMPENDIOSA IN CONSVEtudines feudorum.

DE IIS QVI FEVDVM DARE POSSVNT, *& qui non. Et qualiter acquiratur, & retineatur,* *Titulus* I.

QVIA DE FEVDIS TRACTATVRI SVMVS, VIDEAMVS PRIMVM, QVI FEVDVM DARE POSSVNT. FEVDVM AVTEM DARE POSSVNT, ARCHIEPISCOPVS, EPISCOPVS, ABBAS, ABBATISSA, PRAEPOSITVS, SI ANTIQVITVS CONSVETVDO EORVM FVERIT, FEVDVM DARE.

Quandoquidē de feudis tractare nostri est instituti, operæ precium erit dispicere, qui nam sint illi, quibus feudi cōcedendi permittitur facultas. Primo igitur oīm, in confesso est ecclesiasticis dignitatibus, titulisq; insignes, eatenus feuda largiri posse, quatenus id eis antiquitus tribuit consuetudo.

1. Proinde ecclesiastici, qui antiquitus nō cōsueuerunt in feudum dare, si quid dederint, iure non subsistet. c. i. infra. epi. uel abb. uel abbatis. uel do. plebis feu. da. non pos. Antiquitus autem intelligo, q̄d ante huius placiti feudalis emanationem obtinuit: hoc em̄ aduerbij uis ipsa fateri cogit, deriuati ab antiquo, q̄d ab ante & æuo deductum Varro docet. Itaq; hunc textum, ad eam feudi concedendi referēdum esse consuetudinem, quæ ante feudalium placitorū, Vrbaniq; Pontificis prohibitoriȩ cōstitutionis promulgationē, in clero, obtinuit, nemo dubitarit, de qua infra in d. c. i. ubi etiam statuitur, res, quæ feudi noīe dari nō cōsueuerunt, a clero deinceps cōcedi nō posse, utpote quȩ dominio, titulo, fructuq; peculiares sint ecclesijs. Attamen con

ſuetudine, feudi dandi facultatem ei acquiri poſſe, nõ obſtan te prælibata Vrbani prohibitione, Iacobi a Beluiſo ſentencia eſt: modo, ut Aluarotus ait, a rerum ſpiritualium (quarum ca paces nõ ſunt prophani) feudali conceſſione temperetur. No ua quippe conſuetudine uſurpari nequit, ut in poſterum deci mę eccleſiaſticæ, feudi titulo, laicis concedantur. c. quamuis. & c. prohibemus. de deci. Verum enimuero, præ atam Iacobi o pinionem, ea ſenſus uerborumq; cruditate prolatam, paulo ac curatiore ſtomacho concoquendam fore, quiuis recte putarit. Equidem tex. in d. c. i. infr. epiſco. uel abba. nulla uſus circu itione, palam decernit, iure non ualere, ſi quid in feudum detur ab eccleſiaſticis. qui antiquitus ſoliti non ſunt in feudum dare. Cuius probabiliter ea ſit ratio, q res eccleſiarũ, diuino cultui mancipatæ, non debeant prophanis uſibus applicari. Nam om ne quod Domino conſecratur, ſiue fuerit homo, ſiue animal, ſi ue ager, uel quicquid ſemel fuerit conſecratũ, ſanctum ſancto rum efficitur Domino: & ad ius pertinet ſacerdotum. c. nulli liceat. xij. q. ij. Igitur quod ſemel dicatũ eſt Deo, ad humanos uſus transferri nõ poterit amplius. Regu. Deo ſemel dicatũ. de regu. iur. lib. vi. & c. mancipia. de rer. permuta. & ſecundũ le ges. ſemel res ſacra facta, ꝑmanet ſacra. Inſti. de rer. diuiſio. §. ſa crę res. uerſi. locus. & ff. de rer. diuiſi. l. in tantũ. §. ſacrę aũt. & ff. de contra. empti. l. æde ſacra. cũ ſimilibus. Qua de cauſa nec cõſuetudine effici poſſe uidetur, ut huiuſmodi eccleſiarum bona, diuino cultui dedicata, per feudales cõceſſiones, Pontificis de creto, placitoq; feudali ꝓhibente, prophanis uſibus applicentur: utpote quę radicẽ habeat uitioſam, & eccleſijs grauamen progi gnat. itaq; non ferenda. c. i. de conſuetu. Mala enĩ conſuetudo tm̃ abeſt, ut pullulare debeat, ac cõfirmari tẽporis lapſu, ut etiã ceu ꝑnicioſa corruptela ſit abijciẽda, uitãda, & citius radicitus euellẽda. c. mala. viij. diſt. & c. i. de his, quę fi. a maio. par. capi. Vbi nec iureiurando conſuetudinis firmatur obſeruatio, ſi in eccleſiæ diſpendium redundet. Non enim, ut ibi inquit text. iu ramenta, ſed potius periuria ſunt dicenda, quæ contra utilita tem eccleſiæ & ſanctorum patrum ueniunt inſtituta. Itaq; cum talis conſuetudo, quæ ad alienationem rerum eccleſiæ dicata rũ inuitat, rationi repugnet, quo pacto recipienda fuerit, quæ

ratione non fulcit: c. ad audientiam. & c. cũ uenerabilis. de cõſ ſuetu. Aut quo pacto tantũ obtinebit momentũ, ut aut rationẽ uincat, aut legẽ: l. penul. C. quę ſit lon. conſue. Aut ỹitati prę iudicet, & legi: c. cum cauſa. de ſenten. & re iudi. Non moror, ſi obijciatur, eccleſiaſticos ipſos, res eccleſiarꝝ in peiores uſus ali quando profundere, q̃ ſi in feudũ dent. Quandoquidẽ ſeruus domino ſuo ſtat, uel cadit. Ad Roma. c. xiiij. & c. nimis. de Iure iuran. Et nos nõ quid fiat, ſed quid iure fiat, inquirimus. Porro quanq̃ per hęc, quæ ſuperius dicta ſunt, etiam antiquam infeu dandi conſuetudinẽ, ante Vrbani prohibitionẽ receptã, uideat explodi merito debuiſſe, cũ per eam quoq; eccleſiaſticę poſſeſſi ones diuino cultui dicatæ, humanis iterꝝ uſibus applicent. Ta men Pontifex priſcũ illũ, longoq; ſeculo inueteratũ infeudandi morẽ, & ſi canonicæ obuiantẽ diſciplinę, maluit cũ aliq̃ eccleſia rum diſpẽdio tolerare, q̃ cũ eccleſiaſtici ſtatus perturbatione re uellere. Altas quippe radices iam hæc egerat cõſuetudo: & lati us erat propagata, q̃ ut extirpari potuiſſet, abſque multitudinis tumultu, & procerꝝ, nobiliumq; fremitu, pariter & cõmotione. Qui iam uelut hęreditario iure, eccleſiarꝝ bona, feudi titulo, lon go annorꝝ temporumq; obtinuerãt interuallo. Nam & hoc æ quitati, prudẽtięq; canonicæ peculiariter cõgruit, ut ſi multitu do a minus probata cõſuetudine auerti nequeat, cũ uenia ſuo in genio relinquat: ne forte peior exiſtat, ſi a tali cõſuetudine pro hibeat. c. ulti. iiij. diſt. Cum .n. idẽ morbus plurimos occupa uerit, ęgre ſalubris poteſt eſſe correctio. c. nõ poteſt. xxiij. q. iiij. Et in cauſis, ubi per graues diſſenſionũ ſciſſuras, nõ huius, aut il lius hominis periculũ, ſed plurimorũ hominũ timetur ſtrages, detrahit ſeueritati, & ſyncera potius charitate ſubuenitur. c. ut conſtitueret. 50. diſt. Et in ſumma, ad multitudinis abuſus ſolet conniueri, ſi commode corrigi & emendari non poſſint. c. com meſſationes. xliiij. diſt. ix. q. i. c. ordinationes. de tempo. ordi nan. c. ij. Quod tamen ſuam recipit interpretationẽ, ut in VI RIDARIO noſtro Concluſionũ Iuridicarum, Conclu. xciij. Tomo. i. Veterem igitur camerinam mouere noluit Pontifex: ſed ut eccleſiæ rebus conſuleret, in futurum nouas infeudatio nes ſat habuit prohibuiſſe. Quemadmodum alioqui non præ

teritis, sed futuris formam imponere negocijs consueuerunt legislatores.c.ij.& c.ulti.de consti.& l. leges, & constitutiones. C.de legib.Quanq̃ uerisimile sit,priscam illã dandi ab ecclesiasticis feudi consuetudinem, iusta primũ ratione fuisse introductam,ut uidelicet uasallorũ præsidio,ac protectione munita ecclesia, acrius sæuienti improborum rapacitati,& iniurijs minus esset exposita. secundum glos. in uerbo,concesserit. circa fi. in c.q̃uis. de deci. Porro si & tempestate nostra, aut instans urgeat necessitas,aut euidẽs suadeat utilitas, nõ refragantibus paulo ante cõmemoratis,dixerim consuetudine recipi posse, ut nõ obstante constitutione præfata Vrbani Pontificis,placitoq; feudali,ecclesia præter solitum morẽ,res suas in feudũ cõcedere queat,ut scilicet hoc pacto, magnatũ nobiliumq; comparato præsidio,obstrictoq; sibi necessario defensionis usu, a ui hostili,impiaq; afflictione tuta reddatur. Si enim ob incommodum æris alieni infeudari uideas res ecclesiæ.c. ad nostram. de reb.eccle. non alienam,quanto magis id recipiendum fuerit,ob procellas sęuientis in clerũ impietatis? ut interim tritissima illa silentio prętercam, quæ de exlege necessitatis ratione ubiq; inculcantur.c. quod non est.cũ simili.ibi in glos. extra.de regu.iu. & per Iaso. in l. i. super glos. uerbi,non aliter. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisdi.& alibi creberrime. Nec sane Pontifex eam infeudandi consuetudinem eliminasse censendus fuerit, per quam rebus omnibus in tutiorẽ statum redactis indemnitati suæ pariter & tranquillitati cõsulit ecclesiasticus cœtus:alioqui enim constitutio Pontificia in fauorem haud dubie cleri promulgata, ei in noxam uerteretur, & in odium retorqueretur. contra l. quod fauore. C. de legi.

Eam igitur potius inspecta constituentis uoluntate, quam uerborũ serie nos decuerit accipere. argu. l. ex facto. ff. de uulga.& pupilla.legem quippe nõ ỹbis,sed ratione metimur.l.nõ dubiũ. C. de legi. c.ulti.de regu. iu. lib. vi. nec ius calumniari oportet, neq; ỹba eius captari,sed qua mente quid dicat animaduertere

uertere conuenit. ut eleganter dixit Paulus Iureconsultus. in l. penul. ff. ad exhiben. Sed & persona constituentis, & eorum ad quos emanat constitutio, & uis constitutionis diligentius est attendenda. c. solitę. §. uerum si personam. extra. de maio. & obedien. Quid ꝗ tēpore Vrbani illius, sic statuere, res ecclesiæ nimirę exigebant, nūc alia rerę apparēte facie, contrariū exigāt, an non iusta oborta causa, diuersam induxerit obseruationē: argu. optimū. in l. si hominē. & quæ ibi habet. Barto. & Docto. ff. manda. His lepide adstipulant̄, quæ alio fine adstruit Panor. in c. ij. mihi in penul. colum. extra. de proba. Vbi & pregnātius asserit, uidelicet consuetudinē, etiam a lege damnatam, recipi posse, si id noua exigat causa, quamue legislatoris intētio uerisimiliter nō sit complexa. Proinde hac demū specie accipi & intelligi poterit superior Iacobi a Beluiso sententia, uidelicet consuetudine acquiri posse ecclesijs ius infeudandi, præter solitū morem, nō obstante Vrbani Pontificis secūdi decreto, siue hoc in Concilio Turonensi, ut schola nostrorū asserit, siue alio tempore promulgatum fuerit. de quo per Archidia. in. c. ij. uersi. Illas aūt. de deci. lib. vi. Ex quibus iam claret, quid momenti habeat prolixa illa & superuacanea Aluaro. post alios indago, quanto scilicet tempore, talis infeudandi cōsuetudo progignat̄, dum distinguūt inter infeudationē manifeste utilē, & manifeste dispendiosam ecclesiæ. Nam si manifeste sit ecclesię dānosa, obuiat rationi. Igit quantocunꝗ tēporis lapsu nō fuerit fulciēda. c. ij. de consuetudi. lib. vi. & per iura superius citata, quibus etiam consonat quod habet̄ in Autenti. ut nulli iudicum liceat habere loci seruato. §. i. ubi dicitur: Male adinuenta, malęꝗ cōsuetudines, neꝗ ex lōgo tēpore, neꝗ ex lōga cōsuetudine cōfirmant̄. Quin imo talis cōsuetudo, qua, nulla necessitatis, aut utilitatis suadente euidentia, res usibus pijs mancipatę prophanantur, ceu pestis quędam fuerit exterminanda. Cum alioqui, id quod ratione caret, extirpare sit necesse. c. corepiscopi. lxviij. dist. Si uero consuetudo utilis sit ecclesiæ, quanto temporis lapsu producatur, & quot actus requirantur, uidendus est Claudius a Seyssel lo. in Speculo feudali late hoc prosequens.

2. Si consuetudo habeat, prælatum de certis bonis infeudare

mares, non poterit alterare illorum naturam, & de illis infeudare fœminas, ut habet cõcors doct. sentẽcia. argu. §. similiter. de lege Conra. nisi hoc fiat propter meritũ, seruitiũ, seu amorẽ recipientis, ueluti si sit filia uasalli benemeriti, cuius amor, & memoria, in filiæ quoq; utilitatẽ merito exuberet. c. unico. infra. Quẽ admodum feu. ad fili. perti. & arg. l. uiuus libertus. ff. si quid in frau. patro. fa. fit. Vbi libertus donare benemerẽtibus amicis potest. Quod & Nicolao de Neapo. placet. Et quanq; Seysellus Claudius id circũcise accipiat, crebrior tamẽ cõprobat opinio. uidelicet, Iaco. de Belui. Nicola. de Neapo. Aluaro. et Card. fa. c. ulti. de pecu. clerico. in fi. ubi episcopus ratiõe seruitiorum pstitorum defuncti hęredibus largit, qd alioq futurum erat ecclesię: facit etiã. c. si quos de seruis. xij. q. ij. ubi Episcopus libertate donat seruos ecclesię benemeritos. Naturalit. n. quis obligatur ad remunerandũ benemerentẽ: ipsaq; natura ducimur ad bñfaciendũ ei, qui nobis bñfecit. l. sed & si lege. §. cõsuluit. vsi. Quãuis ad remunerandũ. iũcta glos. super vbo, obligauerint. ff. de peti. hęre. Hoc nimirum naturę instinctu, Impator ait, semper prouidemus unũquẽq;, secundũ labores suos, ad meliores gradus, et ad maiores dignitates pducere. l. ij. §. hæc aũt nõ solũ. circa fi. illius. C. de offi. psecti. pręto. Affri. Vbi etiã inqt, duces & tribunos, secundũ labores suos, de impiali largitate remunerationẽ sperare debere. Verũ enimuero si hunc naturę ductum secutus plaatus, pręt cõsuetudinẽ, benemeritorum intuitu, fœminæ feudũ cõcesserit, arbitror in diplomate inuestiturę, merita ea specifice memorari oportere: nec sufficere, vbis qbusdã genericis, bñmeritorum facere mẽtionẽ. Argu. l. Attilius Regulus. ff. de dona. Vbi noiatim bñmerita recenseni, qbus Attiliũ Regulũ remunerantẽ Nicostratus affecerat pceptor. Vbi Angelus Peru. quoq; dicit, in donatiõe, remuneratiõis causa, facta, ut scilicet insinuatione nõ egeat, exprimi oportere nominatim, causam, obsequiũ, meritũ, & seruitiũ, ob quę talis donatio remuneratoria fiat. Alioqui per insertionẽ gñalis clausulę, de bñmeritis, quis insinuationis necessitatẽ callide subterfugeret. De quo etiã me dixisse memini, in VIRIDARIO Conclusionũ Iuridicarum. Tomo pri. Conclu. lxxiiij. Pari ratiõe probabilit dicet in specie subiecta, scilicet meritorum intuitu, in fœminę psonam, repugnante cõsuetudine,

factam infeudationē ita demū subsistere, si per specificā expssionē, de bñmeritis cōstet: idq; ne umbratico meritorꝝ ptextu, Prælatus uel ius ecclesię, uel cōsuetudinis fraudet autoritatē: cū magis id spectari debeat, quod in ueritate subsistit, q̄ q̄d simulant partes. l. si forte. ff. de cast. pecu. Porro ad hanc materiā, quę circa infeudatiōes prælatorꝝ uersat̄, immensa latifundia cumulari possent. Verū quū post Iasonē, Claudius a Seysello exuberantissime talia sit psecutus, ita ut cœnam fere dubiam habeamus, q̄d hic attinet toties cocta recoquere? psertim quū odiosum sit, imo ridiculū, alienis supbire plumis. Certe alienā demetere segetem, & in suum horreum condere, inopis & illiberalis ingenij esse semper existimaui.

§. MARCHIO, ET COMES SIMILITER FEVDVM DARE POSSVNT, QVI PROPRIE REGNI, VEL REGIS CAPITANEI DICVNTVR. SVNT ET ALII, QVI AB ISTIS FEVDA ACCIPIVNT, QVI PROPRIE REGIS, VEL REGNI VALVASORES DICVNTVR. SED HODIE CAPITANEI DICVNTVR, SEV APPELLANTVR, QVI ET IPSI FEVDA DARE POSSVNT. IPSI VERO, QVI AB EIS ACCIPIVNT FEVDVM, MINORES VALVASORES DICVNTVR.

Prophanis insuper dignitatibus conspicui, ueluti Marchio & Comes, & qui ab istis feuda accipiūt, feudi dandi ius habent. Marchio aūt & comes, proprie regni, ul̄ regis capitanei dicunt̄. Qui ab his feudū accipiūt, pprie regis, ul̄ regni ualuasores, quasi ad ualuas stantes, qui & ipsi Capitanei nūcupari poterint. c. si Capitanei. & ibi Alua. de feu. Marchię. Rursum feudū accipiētes ab his, minores ualuasores appellantur.

1. Quanq̄ antiqtus nō passim oēs ius feudi cōcedendi habeāt, sed tm̄ hi, q̄bus uel generis ul̄ functionis dignitas id pmittebat, ut satis cōstat ex hoc tex. Attū postea moribus receptū est, pmiscue oēs, tā maiores, q̄ minores, q̄ etiā minimos ualuasores posse feudū cōcedere. argu. c. unico. infr. de natu. feu. in fi. Vbi obseruat̄ in minimis, q̄d dictū est de maiorib. ualuasorib. Et infr. per q̄s fiat inuesti. in principio. Vbi quiuis feudū nouū cōcedere potest, modo legitime bonorꝝ suorꝝ habeat administrationē: Adeo ut etiā rusticus, & quantūuis humilis cōditionis id possit, secūdū Innocē. in c. uerꝝ. in glos. sup v̄bo, de feudis. de foro cōpetē. dū ait, quēlibet dñm feudi, etiāsi rusticus sit, in uasallos, sup reb. feudalib. iurisditionē habere. infr. de phi. feu. alie. p Fre. §. pen.

§. ET QVIA VIDIMVS DE PERSONIS, VIDEAMVS QVALIA PRIVS HABVERVNT INITIA. ANTIQVISSIMO ENIM TEMPORE SIC ERAT IN DOMINO

RVM POTESTATE CONNEXVM, VT QVANDO VELLENT, POSSENT AVFERRE REM IN FEVDVM A SE DATAM: POSTEA VERO EO VENTVM EST, VT PER ANNVM TANTVM FIRMITATEM HABERENT. DEINDE STATVTVM EST, VT VSQVE AD VITAM FIDELIS PRODVCERETVR. SED CVM HOC IVRE SVCCESSIONIS AD FILIOS NON PERTINERET, SIC PROgressum est, ut ad filios deueniret, in quem scilicet dominus hoc uellet beneficium confirmare. Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter filios pertineat. Cum uero Conradus Romam proficisceretur, petitum est à fidelibus, qui in eius erant seruitio, ut lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, ET VT FRATER FRATRI, SINE LEGITIMO HAEREDE DEFVNCTO, VEL FILIVS IN BENEFICIO, QVOD EORVM PATRIS FVIT, SVCCEDAT.

SIN AVTEM VNVS EX FRATRIBVS A DOMINO FEVDVM ACCEPERIT, eo defuncto sine legitimo hærede, frater eius in feudum non succedit: Quod etsi communiter acceperint, VNVS ALTERI NON SVCCEDIT, NISI HOC NOMINATIM DICTVM SIT, SCILICET, VT VNO DEFVNCTO SINE LEGITIMO HAEREDE, ALTER SVCCEDAT: HAEREDE VERO RELICTO, ALTER FRATER REMOVEBITVR.

Circumscripta prisca cõsuetudine, de qua hic in Text. hodie feudũ patris mortui ad omnes æqualiter filios pertinet: Quod etiã ad nepotes ex filio uasalli extendit. qbus nõ existẽtibus, hoc ad fratrẽ uasalli sine descendẽte hęrede mortui porrigit. Tunc enĩ frater fratri succedit in beneficio, quod eorꝝ patris fuit, sicq; in feudo paterno. Si aũt feudũ sit nouũ, qd frater mortuus in personã suã primus acqsiuit, ei sine legitimo hærede defuncto, frater supstes successor nõ erit: qd etiã obtinet, si fratres feudũ nouũ cõmuniter accepissẽt. Nã alter alteri sine liberis decedenti non succedet, nisi id nominatim tenor inuestiturę pactũue pmittat.

1. Decedente patre, filij ęqualiter, aut nepotes ex filio, loco sui patris in feudo succedunt, ut hic, & infra. de succes. feu in. princi. Quod locum uendicat, etiam si a patre, in æqualibus portionibus hęredes essent instituti. Nulla enim ordinatio de'uncti in feudo ualere potest. §. i. infra. de succes. feu. Quod an obtineat in emphyteusi, pro se & filijs, & nepotibus acquisita, uidelicet, ut pater nõ possit uni filiorum eam relinquere, sed cogatur eam æqualiter filijs dimittere ex pacto emphyteutico, uide per Specula. in titu. de emphytheo. ℣si. septuagesimo octauo quęritur. Sed ut uere dicit Bal. in Auten. si quas ruinas. uersicu. iuxta hoc quero, utrum pater. C. de sacro. eccle. Speculator multum allegat, sed nihil affirmat. Itaq; Bal. ibidem expresse astru

it emphyteusin talē, uni filior͡ꝝ a patre p̄legari posse. Ver͡ꝝ Iason in l. ij. C. de iure emphythe. in ulti. quęstiōe latissime discutit, et cū in utranq; sententiam, ubertim opiniōes cōgessisset, dixit, me rito Vergilia. illud proferri posse. *Hinc atq; hinc uastæ rupes geminiq; minātur in cœlū scopuli.*

Et ut hęc quęstio per se labyrinthosa est, ita meo iudicio etiam labyrinthose a Iaso. resoluit. Andre. u°o Barbatia copiosus iuris utriusq; interpres, in c. potuit. de loca. dicit diuersas opiniones posse ad cōcordiā redigi distinctiōis fœdere, uidelicet, aut pater uni filior͡ꝝ totā emphyteusin p̄legans, alijs filijs tantundē de bonis suis reliquit, & p̄legatū emphyteuseos uni factū ualebit, aut nihil in cōpensationē eius, alijs dimisit, & emphyteusis uni legata corruet. a qua sentētia nec Bar. abhorrere uidet̄, in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. Sed cū hęc quęstio nō cōcernat rem feudalem, eam non prosequor.

2. Filij in feudo paterno, uti dictum est, æqualiter succedunt. Quod tamē nōnullis casibus aliter obseruat̄. Primo, si l. Salica, aut ad morgonaticā ducta uxore, cautū sit, ne filij amplius habeant de bonis patris, q̄ dixerit tēpore sponsalior͡ꝝ. Nam tunc in feudo filij tales non succedunt. c. unico. de filijs na. ex matri. ad morgo. cōtrac. Secūdo, nō succedit filius naturalis, licet postea fiat legitimus. Nā ad successionē feudi nec solus, nec cū alijs admittit̄. c. naturalis. infra. si de feu. defun. cōten. sit. inter domi. & agna. uasalli. Tercio, adoptiuus filius in feudo nō succedit. ibidē. §. adoptiuus. Quarto, filius ille nō succedit in feudo patris, qui dn̄m offendit, nec satisfacere dn̄o curat. c. insuper. de prohi. feu. aliena. per Frederi. Quinto, nō succedit filius, factus clericus, quiue habitū religiōis assumpsit. c. unico. de feu. fœmi. de quo tamē latius ibidē. quū hoc suā recipiat distinctionē. Sexto, si matrimoniū cōtrahens, pactus fuerit, ne filij succedant sibi patri ab intestato, quia nec in feudū succedēt. c. filij. si de feu. defun. cont̄ē. sit. inter do. & agna. uasal. Septimo, nō obtinet in filijs secūdi matrimo. a muliere quapiā feudū habēte, relictis: Nā obtinuit, filios prioris matrimo. in feudo potiores esse. §. mulier infra. si de feu. cōtē. sit inter domi. et agna. uasal. q̄d intellige nō ḡnalit̄, sed eo dūtaxat loco obtinere, ubi talis recepta est cōsuetudo. secū. Alua. et oēs ibidē. Octauo, nō obtinet, si cōsuetudo habeat primogenitum solum succedere in feudo. Ius enim primogenituræ lege diuina, & Canonica approbatur. c. licet. in fi. de

uoto. Et ibi per Hostien. & Cardina. Quare dicit Hostien. ibi dem, patrem nõ posse filium suum priuare hoc iure primogeni turæ: cum legitima primogeniti sit id, quod ei primogenituræ iu re cõpetit: nisi uel minori portione contentus esset, uel ius suũ, ut Esau, primogenitus uẽdidisset, secundum Cardi. Sabarel. in d. c. licet. circa fi. uersi. tercio quæro. de uo. Nono, locum nõ obtinet in filijs Ducum, Marchionũ, et Comitum. Illi eñ in feu do æqualiter nõ succedunt. Nam Ducatus, Marchionatus, & Comitatus nõ diuiduntur. §. præterea. in. c. Imperialẽ. infra. de prohi. feu. aliena. per Fre.. Quandoquidẽ generali consuetudi ne Imperij ad primogenitos deuoluunt. Quod introductũ est in honorẽ & utilitatẽ Imperij, ut scilicet principatus integri per maneant: ac per unum, sub regula politica, cõmodius, atq; trã quillius administrent. Primogenitus tamẽ alijs suis fratribus tm̃ assignare curabit, quantũ ad honestam uitæ sustentationẽ suffi ciat, pro nataliũ splẽdore, & facultatibus principatus: ita tamẽ, ut primogenito cõmode supersit, quo principis uitam agere, & decore principatui præesse possit, ut hæc adstruit Hostien. in d. c. licet. §. mandamus, super uerbo, ordine genituræ. de uoto. Decimo, nõ obtinet in filia, quæ cũ filijs in feudo nõ succedit. in fra. eo. ti. §. hoc aũt notandũ. Vndecimo, non obtinet, si filius sit legitime exhæredatus a patre, hoc est, ex tali causa, qua nota tus nõ posset in curia domini absq; dedecore uersari. c. unico. infra. an ille, qui interfe. fra. domi. sui, feu. amit. Non .n. ex o mni causa, quæ opinionẽ uasalli grauat, feudũ amittit. §. illud. infra. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. Itaq; ut quis feudo priuet, necesse est, iustã aliquã causam subesse, nẽpe unã ex talibus, qui bus & donatiões iure pfectæ reuocant, & paterna hæreditas filijs adimit. §. prædictis modis. infra. quæ fuit pri. cau. bene. amit.

3. Tametsi frater in feudo paterno, fratri, sine descẽdente hære de, mortuo succedat, tñ id locũ nõ habet in feudo nouo, etiamsi de illo simul fuissent inuestiti. Nã altero sine hærede defuncto, ad alterũ nõ ptinet eius beneficij portio, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura. c. unico. infra. de fra. de no. bene. inuesti. & hic in tex. uel nisi feudũ cõmunibus bonis fuerit emptũ, uel utriusq; nomine, domino sciente, uel in hostem Regis acquisitum. c. unico. infra. de bene. frat.

§. HOC AVTEM NOTANDVM EST, QVOD LICET FILIAE, VT MASCVLI, PATRIBVS SVCCEDANT, LEGIBVS TAMEN A SVCCESSIONE FEVDI REMOVENTVR: SIMILITER & EARVM FILII, NISI SPECIALITER DICTVM FVERIT, VT AD EAS PERTINEAT.

Fœminæ, earumq́ filij, a feudi successione arcentur, nisi specialiter actum sit, ut succedant.

1. Ad successiones parentum, æqua lance, mares & fœminæ uocantur, idq́ iure Cæsareo. l. maximum uitium. §. sancimus. C. de libe. præte. uel exhæreda. Et hic in tex. Cum enim natura utrumq́ corpus æddiderit, ut maneat suis uiribus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, & uno semoto, alterũ corrumpatur, nullum inter liberos, quantum ad successiones, habebitur discrimen, sed una consonantia tam in maribus, quam in fœminis legitimis obseruabitur. l. penul. C. de legiti. hære. Quare inducẽtes differentiam inter marem & fœminam, quantum ad ius succedendi attinet, teste Iustiniano, quasi naturę accusatores existunt, cur nõ totos masculos generauit, ut unde generarẽtur, nõ fiant. d. l. maximum uitium. Liberi itaq́ nõ distincto sexu, sed sola naturali causa inspecta parẽtibus succedẽt. C. de suis & legi. libe. Aucten. in successione.

2. Verũ enimuero feudorũ cõsuetudine, differẽtiam inter mares & fœminas, iusta ratiõe introductam, constat esse obseruandam. Quanq́ eĩm legum Romanarũ nõ sit uilis autoritas, tñ nõ adeo uim suã extendũt, ut aut usum uincãt, aut mores, ut inquit tex. in c. unico. de feu. cog. cũ & ipse iusserit Imperator, prẽsidẽ prouincię, ijs ꝓbatis, quę in oppido frequẽter seruata sunt, causa cognita statuere debere: & ne quid cõtra lõgam cõsuetudinẽ fiat, ad suam sollicitudinẽ reuocare. l. i. C. Quę sit lõ. con. Porro cũ liberalitate concedentium feudorũ usus increbuerit, licuit q́q́ ipsis consuetudines quasdam obtinẽdi feudi introducere: sicq́ differentiam inter mares & fœminas, quantum ad successionẽ beneficij feudalis, cõstituere: maxime cum ad ipsas beneficij functiões fœmineus sexus æque nõ sit appositus. Cum. n. uasallus dñm suum comitari debeat euntẽ ad prẽlium, eiq́ perpetua fide adesse, adeo, ut si in acie periclitatũ dimiserit, beneficiũ tanq́ indignus amittat. §. item qui dñm. inf. q̃ fuit pri. cau. bñ. amit. Euidẽs est hãc sarcinã mulierũ humeris nõ cõgruere: alienã quippe defensionẽ suscipere, uirile est officiũ, & ultra sexũ muliebrem

esse cōstat. l. alienam. C. de procu. Si id Imperator in ciuilibus dixit negocijs, quanto magis in militaribus obtinebit? Itē, cum uasallus iuramento obstringatur, secreta sibi a dño manifestata, nemini pandere, absq; licentia dñi. c. unico. de noua for. fide. nulli non cognitum est, q̄ hoc sperari possit a fœmina: cū peruetustum habeat prouerbium: mulieres, & pueros id celare, q̄d ignorant. Et Cato in oēm uitam pœnitentia ductus sit, si arcani quippiam mulieri concredidisset. Insuper, cū perpetua mētis cōstantia, usq; ad ultimum uitę diem, fidelē se dño suo futurū iuret uasallus. d. c. unico. de no. for. fide. non temere hoc fœmina p̄stiterit, cum uarium & mutabile semper fœmina. c. forus. de uerbo. signi. Nam licet matrimonium sit cōiunctio maris & fœminæ, indiuiduam uitæ cōsuetudinem continens, nō raro tñ hoc, diuortio dirimere conantur. l. reprehendenda. C. de insti. & substi. pudendaq; uarietate, nunc diuertunt a maritis, nunc breui reuertuntur. l. diuortium. ff. de diuor. Si itaq; tantæ sit incōstantię erga maritum, erga dominum quantæ fuerit? Deniq; iureiurando obligatur uasallus, ut in facto q̄piam a domino cōsultus, suum consilium, quod q̄ maxime uiderit expedire, dño suo impartiatur. d. c. unico. infra. de no. for. fi. in fi. At quo pacto a fœmina id quiuerit præstari? cum plerumq; etiam ipsius fœminæ aduersus cōmoda propria inueniatur laborare consilium, ut inquit Imperator in l. si pater. C. de sponsa. Et sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ propriæ nonnunq; conuertatur. §. i. in fi. Insti. Quibus alie. li. uel non. Hęc cum ita se habeant, quis non uidet, iusta ratiōe, fœminas a feudorū successione eliminari, cum ipsa natura minus sint aptę ad feudalis beneficij functiōes, ob quas feudum ipsum potissime dari constat? Nam ut Iureconsultus ait, in oībus causis id obseruatur, ut ubi personæ cōditio locū facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium q̄q; deficiat. l. in omnibus causis id obseruatur. ff. de regu. iu.

3\. Queādmodum fœmina nō succedit in feudo, ita nec proles fœminei sexus, uel ex fœmineo sexu descendentes, ad huiusmodi successionē poterint aspirare, ut in hoc §. & in c. unico. de succes. fra. uel gra. succe. in feudo. Cuius est ratio, q̄ nemo plus iuris in alium transferre possit, q̄ ipse habeat. l. nemo plus iuris. ff.

de regu.

de regu.iu.& c.nuper. uersi.nos autem.de dona. inter uir.& uxorem. Quare si fœmina ius succedendi in feudo nõ habet,nec illud in filios transferre poterit. l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. Item hæredem eiusdem potestatis, iurisq; esse, cuius fuit defunctus,constat. l. heredẽ. ff. de regu. iur. Et quidem merito, cum Imperator dicat,unam quodammodo esse personam heredis,& eius,qui in eũ transmittit hereditatẽ,in Auten. de iureiurando a moriente prestito,paulo post princi. colla. v. Præterea qui in ius, dominiumue alterius succedit, iure eius uti debet. l. qui in ius. ff.de reg. iur. Postremo id impedimentũ,quod testatori obstat,& successoribus eius obstabit: Cum successor nõ debeat melioris esse cõditionis,q autor ipsius. l. quod ipsis. ff. de regu.iu.cum similib. Igitur cum fœminæ ius succedendi in feudo non competat,nec hæredibus eius competere debet.

4. Ex præmissis liquet,regulam esse, ut nec fœminæ,nec filij eius ad feudi successionem admittant. A qua tamen casus quosdam excipi,non est ignorandum. Primo,si filia uasalli sine filio masculo decedẽtis, feudũ a domino redemerit, aut dominus ei propter seruitium & amorem patris dederit: Hoc enim casu,exclusis agnatis,succedet. c. unico.infra. quemad. feu. ad fi. perti. de quo latius ibi. Secundo, nisi actum esset, uel eo pacto acquisitum feudum,ut fœminis quoq; eius successio permittatur, ut in §.præsenti.& in c. unico. infra de succes. fra. uel gra. succe. in feu. v si.his uero deficientibus. Tercio,nisi eius conditionis sit feudum, ut in eo fœmina etiam succedere possit,ut ibidẽ. eo. uersi. Sed utroq; præcedenti casu, ita demũ locus fœminæ in feudi successiõe patebit,si nullus masculus supersit ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus. Canonicũ quippe est,q diu extent mares, fœminas ad feudi successionem non uocari.c. unico. infra. de eo qui sibi,uel hære. suis mascu. & fœmi. inuesti.accepe. Quarto,nisi loci cõsuetudo habeat,fœminam in feudo posse succedere. Argu. c. significauit. de rescript. Vbi Comitissa Namuten.mortuo comite fratre suo,narratur in eius successisse Comitatu. & per Specu. in ti. de feu. §. quoniam. uersi. uicesimoprimo quærit,ecce consuetudo. Vbi etiã inquit Specu. fœminam hoc casu,futuram quidem ueram uasallam, ac fi-

delitatem per se iuraturam: sed per aliū ratione feudi, domino inseruiri curaturam. Præfatam quoq; consuetudinem iure subsistere, Andreæ de Yser. opinio est. Nam hæc consuetudo reducit statum fœminarum ad ius commune, sicq; eaꝶ successio formæ suę reddit. Igitur nō improbanda cōsuetudo. Arg. §. pactus ne peteret. in fi. illius. in l. si unus ex argētarijs. ff. de pact.

§. HOC QVOQVE SCIENDVM EST, QVOD BENEFICIVM HOC AD VENIENTES EX LATERE, VLTRA FRATRES PATRVELES NON PROGREDITVR SVCCESSIONE, SECVNDVM VSVM AB ANTIQVIS SAPIENTIBVS CONSTITVTVM: LICET MODERNO TEMPORE, VSQVE AD SEPTMVM GRADVM SIT VSVRPATVM. QVOD IN MASCVLIS DESCENDENTIBVS, HODIE, NOVO IVRE, VSQVE IN INFINITVM EXTENDITVR.

Feudum ex latere originaliter proueniens, usq; in septimum gradum, ad collaterales successione progreditur. ad descendentes uero transmissum, in infinitum defertur.

1. Quanq; Aluaro. bifariam hunc textum interpretetur, ego tamen arbitror unicū duntaxat intellectum ei congruere, uidelicet, ut intelligat de eo genere feudi, cuius proxime tex. fecit mentionem, hoc est, quod a fratre sine legitimo hærede mortuo fuit acquisitū, ea cōditione, & pacto, ut ad fratrē ac collaterales trāsmitti posset: Dixi ea conditione, & pacto, quia alioqui frater in tali feudo non succederet fratri, nisi uel cōmuni pecunia emptū esset, uel natura feudi id permitteret, ut supra dictum est. in §. et quia uidimus. Numero. iij. Hoc inq; feudum, ita ad uenientes ex latere perueniens, quondā non progrediebatur ultra fratres patrueles, hoc est, ex duobus fratribus progeneratos. Insti. de gradi. cog. §. quarto gradu. & l. i. uersi. quarto gradu. ff. de gradi. affinita. Sed nunc usq; in septimū gradum per lineam transuersalē ad collaterales defertur. At per lineam directam in descendentes propagatum, in infinitū extendet, etiam ad transuersales descendentes, ex descendentibus primi acquirentis ortos. secundū Bal. in c. si capitanei. infra. de feu. March. de quo latius numero sequente. Non itaq; hic tex. in princi. de feudo paterno, statuisse intelligendus est, ut scilicet feudum paternum per lineam transuersalem, ultra septimum gradum, non deferatur: Nam hoc paulopost conuincemus aliter se habere. Sed accipiendus fuerit, disposuisse de eo feudo, quod a primordiali ac

quiren-

quirente non in quenquam descendentem, sed in lateralem, & transuersalem fuerit translatum, ueluti a fratre in fratrem. De q̃ feudi genere paulo ante tex. meminerat, cuius materiã præsens §. continuare censendus est. Sequentia enim uerba legis, ad præcedentia esse referenda, iuris nõ est ambigui. l. utrum. ỹ si. & puto. ff. de peti. hæredi. Et per præcedentia uerba clara, declarantur quæ generaliter, & obscure subsequuntur. l. Titia cum testamento. §. Lucius Titius relictis. in fi. & ibi per Bar. ff. de lega. ij. Igitur si dubitari forte contingat, de cuius feudi successione hic. §. tractet, scrupulum hunc eximent priora, per quæ euidens est eiusdem intellectus. Nam cum hic. §. dicat: Sciendum est, quod beneficium hoc ad uenientes ex latere, & cæt. perspicuum est, eum persistere in themate priore, quasi dicat: Hoc beneficiũ feudi, quod frater acquisiuit ex fratris successione, sicq; ex latere: hoc, inquam, feudi beneficium, in septimũ usq; gradum ad collaterales deuoluetur, idq; non extantibus descẽdentibus acquirentis, qui si supersint, in eo feudo succederit in infinitum. Hæc locum obtinent, cum a primore acquirente non in descendentes, sed in collaterales feudum existat deriuatum.

2. Verum enimuero, si agatur de illius successione feudi, quod ab originario accipiente, in descendentes eius propagatum fuerit, ad successionem descendentes per masculinum sexum, remotis agnatis, in infinitum admittentur. c. unico. de succes. fra. uel gra. suc. in feu. & c. unico. si uasal. feudo pri. cui defera. Sed descendentibus de medio sublatis, eorundem transuersales & collaterales, etiam in infinitũ ius succedendi obtinebũt, dicente tex. Ex latere omnes per masculos descendentes succedent usq; in infinitum, si feudum sit paternum. c. unico. de na. succes. feu. Paternum autem uocatur, quod a quocunq; ex superioribus fuerit acquisitũ, ut ibidem. Præmissa etiam probat tex. in. c. unico. de succes. fra. uel gra. succe. in feu. dum tradit, defectu descendentium uocari primo fratres, cum fratrum præmortuorum filijs, deinde agnatos ulteriores. Quod ita intelligendum est, si feudum sit paternũ, hoc est, si fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis. ut ibi. Hæc fuerint summo studio memoriæ cõmendanda. secundum Bal. in. c. unico. de feu.

March. uel Comi. uel Duca. cum maximum obtineant momentũ, in successionibus regũ, ducum, comitũ, baronũ, ac illustrium personarum, quorum maiores, elapsis aliquot centenis annis, ab Imperatore feudũ sunt assecuti. Nam si longa annorũ serie, perpetua fœcunditate, ad liberos descendentes, uelut per manus a parentibus traditum feudũ, semper recta linea promanasset, tandemq; ad ultimum peruenisset, nulla sobole fœcundũ, nullaq; a se ædita prole, ab humanis migraniem, proximior agnatus ad successionem feudi, etiam centesimo distans gradu, uocaretur. Proinde, inquit Bal. si tota domus regia moreretur, & unus de sanguine antiquo superesset, etiamsi millesimo distaret gradu, tamen iure sanguinis, & perpetuę consuetudinis, succederet in regno. Ratio est, quia feudum censetur paternũ. Præmissa intellige, ut obtineant, feudi possessore mortuo sine legitimo hærede: non autem eo, propter delictum, feudo priuato, secundum Bal. & Aluaro. ibi supra. Quapropter cum iam perspicue liqueat, successionem feudi, quod ab originario adipiscẽte in descendentes profluxit, etiam ad collaterales in infinitum propagari, idq; descendentium defectu: conuincitur præsens §. septimo gradu successionem circumscribens, de hoc genere feudi nihil statuisse: sicq; eundem uno solo intellectu, ut superius dictum est, interpretandum esse.

§. NOTANDVM EST, QVOD ILLVD BENEFICIVM, QVOD A REGIS CAPITANEIS, ATQVE REGIS, VEL REGNI VALVASORIBVS, ALIIS IMPENDITVR, PROPRIE IVRE FEVDI CENSETVR. ILLVD VERO, QVOD A MINORIBVS IN ALIOS TRANSFERTVR, NON IVRE FEVDI IVDICATVR: LICET ALITER IN CVRIA MEDIOLANEN. OBSERVETVR: SED QVANDO VOLVERINT, RECTE AVFERRE QVEVNT: NISI ROMAM CVM ILLIS IN EXERCITVM PERREXERINT. QVO CASV IVRE FEVDI TRANSIT, ET ADIVDICATVR. VEL NISI ALIQVID PROPTER FEVDVM, ACCEPERINT: TVNC ENIM, NISI RESTITVTO PRECIO AVFERRE NON POSSVNT.

Feudum a capitaneis regis, uel regni ualuasoribus concessum, cum proprie iure feudi censeatur, nuda uoluntate reuocari non poterit: Datum uero a minoribus, cum non iure feudi iudicetur, auferri poterit quandocunq;, exceptis duobus casibus, de quibus hic in tex. Licet aliter in curia Mediolanen. obseruetur. Quandoquidem siue a maioribus, siue a minoribus feudum promanarit, reuocari non consueuit.

1. Iure ueteri discrimen erat inter feudum a maioribus ualuasoribus collatū, & illud, quod a minoribus impendebatur. Nam hoc arbitrariæ reuocationi obnoxium erat: Illud uero ratū, suo nixum robore manebat, ut hoc tex. & c. unico. infra. de feu. da. mi. ual.. Verum succedente temporis curriculo, uetus hoc ius consuetudinarium, nouis moribus fuit abrogatum. Quare hodie par iuris obseruatio obtinet in utroq;. Quandoquidē siue a maioribus, siue a minoribus ualuasoribus feudū profectū fuerit, uasallo adimi nō poterit, nisi cōuicta culpa, & iudicio parium, negocio discusso, & approbato. c. ulti. Quo tempo. mi. inuesti. pete. debe. & c. unico, de feu. sine cul. non amit. Vbi tex. sancimus, ut nemo miles sine cognita culpa beneficiū suū amittat. Quibus capitulis, ut posterioribus, ac ueterem consuetudinem, de qua in hoc §. antiquantibus, utiq; stari debet. Lex enī posterior priori derogare censetur. l. sed & posteriores. ff. de legi. & glos. in c. i. in uerbo, reuocare. de consti. li. vi. quæ inqt, in legibus contrarijs standū ultimæ. Quam etiam allegat Iason in l. pacta nouissima. uersi. ix. procedit. C. de pac.

2. Porro, adeo, quæ dicta sunt, obtinent, ut princeps ipse, capitaneos suos, & uasallos, uidelicet, duces, marchiones & comites non possit sine culpa legitima feudis priuare, aut deuestire eosdem. c. unico. de natu. feu. in princi. Cuius hic geminam rationē tradit Aluaro. Tum quod princeps ligatus, & subiectus sit legibus. allegat. l. digna uox. C. de legi. Tum q̄ Imperator non possit de iure, auferre ius meum, & tradere alij. l. rescripta. & l. quotiens. C. de preci. Impera. offeren. Sed neutra satis iure fulcitur. Nusq̄ enim leges dicunt, Imperatorem ligatum & subiectum esse legib. Quinimo tex. in l. princeps. ff. de legi. Princeps, inquit, legibus solutus est: Augusta autē licet legibus soluta non sit, princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipse habet. Præterea. l. digna uox. quam Aluaro. citat, non dicit principem legibus esse ligatum, sed dicit, dignam esse uocē Maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. Profecto si legibus esset alligatus princeps, non tam digna, q̄ necessaria hæc fuerit uox censenda. Sed in confesso est, legem imperij solennibus iuris Imperatorem soluisse. Quanquam ni-

hil tam proprium imperij sit, q̃ legibus uiuere, ut inquit Imperator. in l. ex imperfecto. C. de testa. Præterea Imperatorē nō posse alicui auferre rē suam, ut hoc generatim et absolute ꝓnunciat Aluaro. repugnat (ut cernere licet) legi, item si uerberatum. §. i. ff. de rei uendi. & l. Lucius. ff. de euictio. Nā tametsi inter doctores controuersia sit, an princeps nulla subsistēte causa, alicui possit rei suæ dominium adimere (cum Ange. Perusi. in d. l. item si uerberatum, asseueret principem id posse) tamen inter omnes constat, nullusq; diffitetur, quin saltem iusta poscente causa, ac Reipub. intuitu, princeps rem priuati usurpare possit, illamq; adimere possessori, precio seu recompensa data. d. l. Lucius. ff. de euictio. de quo latius in VIRIDARIO nostro CONCLVSIONVM IVridicarum, Conclusione xxxiij. Tomo primo. Quare alia in medium, & quidem probabilior ratio adferri poterit, cur princeps uasallum suum sine causa legitima nequeat priuare feudo, uidelicet, ꝙ natura feudi sit talis, ut sine culpa uasallus illud amittere nequeat, ut in q̃t tex. in c. i. de natura feu. Quocirca nō decet Imperatorē hanc naturam immutare, imo nec posse quidē uidetur, nō magis, q̃ uasallus fidelitatis obsequia Imperatori denegare: Videt̃ em̃ quidam quasi contractus reciprocus inter Imperatorē & uasallum initus, iuxta naturam & consuetudinē feudi, quæ nō alterꝫ solū, sed utrūq; obligare debeat. Quanq̃ em̃ princeps legibus iuris cōmunis non liget̃, ut dictū est, tñ ligat̃ lege cōuentionis & contractus, quos ius gentiū obseruare præcipit, secundū Cynū, Bal. & alios, in d. l. digna uox. C. de legi. & tex. in c. i. & ibi per Antoni. de Butrio, & Panor. de proba. & per Bal. in d. c. i. de natu. feu. Vbi inq̃t, ꝙ Deus subiecit Imperatori leges, sed non subiecit contractus. Ex quo infert, Comitatum quendam feudi nomine, sub iuramento fidelitatis, a Friderico Primo Reipublicę Papiensi collatum, nec ab eodem potuisse, nec a successoribus eius posse reuocari, sine culpa Reipub. Papien. Princeps enim naturæ & consuetudini feudorum, ut alius quiuis parere debet. d. c. i. de natu. feu. ut hoc ibi a Bal. alijsque copiose affirmatur.

De Feudo Guardiæ, & Castaldiæ.
Titulus II.

ITEM ILLVD, QVOD DATVR NOMINE CASTALDIAE, VEL GVARDIAE, & PRO MERCEDE ALICVIVS REI, TRANSACTO ANNO POTEST IVRE AVFERRI, ECIAM PRECIO PRO EO DATO NON RESTITVTO: NISI AD CERTVM TEMPVS DATVM FVERIT.

Feudum nomine Castaldiæ, uel Guardiæ, uel pro mercede rei alicuius datum, post anni spaciũ, etiam nõ facta precij restitutione, auferri potest: nisi cum præfixione tẽporis datũ fuerit. ¶. Feudum castaldiæ, ut interpretantur nostri, concedebat ratione administratiõis bonorum, & possessionũ dominicarũ. Eratq; Castaldio non absimilis procuratori, & actori possessionum domini, cuius fit mentio in l. ulti. C. quod cum eo, qui in alie. potesta. est. secundũ Aluarotũ hic. Et secundũ glos. erat uelut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda cõmittebatur, instar œconomi ecclesiastici. argu. l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccle. Feudũ uero guardiæ, id esse existimãt, q̃d arcis tuendæ, aut territorij custodiendi gratia concedebatur. Feudum aũt pro mercede datũ accipiunt, quo pro opera præstanda domino, merces constituit: ueluti si fiat ratione aduocationis, procurationis, alteriusue officij noĩe, domino impendendi. Harum igit rerum atq; muniorũ functionibus feuda quædam deputabantur, quæ tñ a propria feudi natura exorbitabant, poterantq;, emenso anni spacio, sola domini uolũtate auferri, cõtra ueram feudi naturam, quæ dictat, feudum sine culpa uasalli, legitimaq; causa, nõ posse reuocari. ut infra, de na. feu. ut in prin. & diximus in titu. præcedente. §. ulti. Verũ si cõuenisset, ut feuda ea ultra anni spacium, certo ac præfixo tẽpore retinerent uasalli: id, quod cautum est, seruare oportebit. Nam contractus ex cõuentione partium, legem accipere dignoscuntur. l. contractus. ff. de regu. iu. & l. i. §. si conueniat. ff. deposi. Itaq; ante cõstituti temporis reuolutionem, prælibata reuocare dominus non poterit. arg. l. iij. C. de loca. Vbi quis regulariter, durante cõductione, non potest æde expelli conducta: Quod tamen intelligendum uidetur, nisi iusta quæpiam indignatio, aut legitima causa aliud suadeat. Quid enim si hic procurator dominicus, & actor, qui Castaldio, aut possessionum administra

tor uocatur, fructuum dominicorum non sit conseruator, sed dissipator? non in horreum condat, sed in luxum profundat? Item si custos ille territorij, & excubitor, qui Guardiæ feudum accepit, non excubias agat, sed ocio, ac torpore diffluat, aut proditorem etiam agat, ita, ut custode opus sit custodi, nonne iusta ratione ab his dominus feuda sua poterit, etiam ante præstitutum tempus, reuocare? Argu. d. l. iij. C. de loca. in uerbo, si pensionē domino in solidum soluisti. sumpto argumento a contrario sensu, quod fortissimum censetur. l. i. ff. de offi. eius, cui manda. est iuris. Et arg. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccle. Vbi illi, qui sub decanorum, seu collegiatorum prætextu, immunitatē quærunt, & re ipsa, officijs suis non funguntur, solo nomine contenti, surrogatis alijs, remouentur. Dominus quoque administratores suos, iuste offensus, ab honore administrādi, & administrādæ rei negocio remouere conspicitur: imo & coercere. l. testamento centurio. in fi. ff. de manumis. testa.

2. Porro quæ fuerit ratio, cur feuda præfata anno duntaxat uno, apud uassallos maneāt, multis hic uerbis, scrupulosaque indagine, & nihil ad rem pertinente discutit Aluaro. Sed tandē anchoram figens, uelut in fidissima statione, dicit esse rationē, quod officiales ingrediebantur sua officia Calendis Ianuarijs, & ea obtinebant per anni spaciū. l. Publius. ff. de cōditio. & demō. iuncta. l. pridie. ff. de ferijs. Quare inquit post annū elapsum, finito officio, finiebatur etiam feudū: Quia cessante causa, cessare debet effectus. Quæ ratio, quam sit ridicula, nemo est, qui nesciat. Nam esto Aluaro. ex d. l. Publius, & d. l. pridie. olfecerit. (ut est scilicet emunctæ naris) consulatū, cæterosque Romæ Magistratus annales fuisse, quid hoc ad Parmenonis suem? aut quid forma, ritusue magistratus Ro. cum hoc hominū genere Castaldionum, & Guardianorum, habuerit cōmune? qui non Romæ magistratum gerunt ullum, sed rem familiarem, & patrimonialem dominorum suorum administrandā, tuendamque suscipiūt. Nec consules aut magistratus Romæ feudum aliquod annuum, ratione administratiōis suæ leguntur habuisse. Bis itaque in re lippis & tōsoribus nota, errauit Aluaro. Qui si attentius uerba Bal.

circa fi. huius §. in simili quæstione prolata perpendisset, nō tot nugas in rei huius inuestigationē effutiuisset. Verba autē Bal. sunt hæc: Noli inquirere rationem, quia sufficit ita statutū esse. Potest enim dominus rei suæ legem temporalem imponere. Ex his Bal. uerbis. quæ sit ratio, apparet, cur hæc feuda anno dun- taxat durent uno: quia integrum fuit domino rem suam possi- dendam & fruendā, tali adiecta cōditione, alicui tradere. Qui- uis enim rei suæ moderator est & arbiter. l. in re manda. C. mā dati. Et dominus talē temporalem contractū, & feudi donatio nem facere potuit. l. ulti. C. de legatis. Quę acceptanti uasallo, secundū suam naturam leges pręscribit. Præterea hæc feuda an nalia nonnunquam precio comparabant, & nihilo secius anno re- uoluto, dominus ea reuocabat, nec preciū restituebat, ut hic in tex. Cuius etiam non alia est ratio, quàm quod dominus hac conditi- one rem suam propriā, in feudi genus ab alio suscipiendū cōmu tare potuit. Reuocant itaque hęc feuda post anni spaciū, quia do- minus hoc uoluit, & reuocant precio nō refuso, quia & hoc uo- luit dominus, ut alludam ad illud locutiōis genus, quo usus est Imperator, in l. cū quidā. in fi. C. de neces. ser. hære. insti. Pro inde nec uasalli aliquā huius rei iniquitatē prętendere poterint, cum scientes, prudentesque istiusmodi generis feuda suscipiant. Scienti enim & consentienti, fraudē non fieri, neque dolū, notius est, quàm ut recenseri debeat. Regu. Scienti. de regulis iuris libro sexto. & l. cum donationis. C. de transactio.

§. SI VERO CASTALDI ALIQVID NOMINE PROPRII FEVDI POSSEDERINT, NON VALEBVNT PROPTEREA POSSESSIONEM SIBI DEFENDERE: NISI PER PARES CVRIAE, VEL BREVE TESTATVM POTVERINT PROBARE, SE ANTE QVAM CASTALDI ESSENT, VEL POSTQVAM DESIERVNT ESSE, INVESTI- TVRAM ACCEPISSE.

Si illi, quos constat esse castaldos, aliquid sibi usurparint, & tanquam proprij feudi nomine, possidere præsumpserint, quod dominus feudi ad se pertinere dicit, possessio illis non de- fendet, nisi testimonio pariū curię, aut breui testato (id est, publi co instrumēto tribus, uel duobus paribus cōfirmato. infra. quæ sit inuesti. post princi.) se probauerint hoc, quod possident per inuestituram accepisse, antequam sci. castaldi essent, uel postquam esse desijssent.

t Equidem cum per hos castaldos malignando (ut alibi inquit tex.) multa bona domino sæpius auferantur. c. unico. de contenti.inter do. & fide. de inuesti. feu. dum sub prætextu suæ administrationis, quam uigore feudi castaldiæ obtinent, res dominorum aliquoties inuadunt, improbaque audacia, uelut proprij feudi ratione debitas, quo iure, quaque iniuria occupare, & possidere nituntur: rationi consonum fuit, horum fraudibus obuiare, & constituere, ne quid commodi ex ea possessione consequantur: nisi probare queant, se de rebus possessis, quas feudales esse contendunt, a domino inuestiturã accepisse. Probationis igitur onus, quanquam possessores sint, sustinere coguntur, cum præsumptio sit, uitiosam eorum possessionem esse: quia præsumuntur sub prætextu officij, & administrationis feudi castaldiæ, qua functi sunt, res tales inscio domino usurpasse, & ex semente aliena (ut prouerbium habet) messem sibi fecisse. Quemadmodum regulariter & alias personas iura præsumunt, ex eo officio, quod gesserunt, uel ex ea functiõe, quam habuerunt, uel ex eo genere uitæ, quod exegerunt, bona sibi comparasse. Sic enim uxor præsumitur acquisiuisse a marito. l. Quintus Mutius. ff. de dona. inter uir. & uxo. Sic prælatus præsumitur acquisiuisse ab ecclesia. in Autentico. de ecclesiasticis titulis. §. interdicimus. iuncta glos. in uerbo, probatur. Sic officialis fisci præsumitur acquisiuisse a fisco, secundum glos. ulti. in l. defensionis facultas. C. de iure fis. lib.x. & per Bal. in Auten. licentiam. non procul a fine. C. de epi. & cle. Vbi adstruit speciale esse in his, qui gerunt administrationem fisci, ut scilicet, quicquid habeant, ita præsumatur ex fisco ad eos deuenisse, sicuti id, quod habent prælati, præsumitur ab ecclesia profluxisse. Quod dicit bene notandum cõtra thesaurarios. Merito igitur castaldi suspectam hanc possessionem, iure sibi competere probare debent, liquidisque probationibus, hoc est, per curiæ pares, aut breue testatum (ut hic in tex.) exortã contra se præsumptionẽ cõfutare. idque ne fuco, aut temeritati inuadẽdæ rei alienæ frena laxent: neue alicui cõtra iuris regulã, fraus & dolus patrocinentur. Hãc arbitror genuinã esse mentẽ §. pñtis, quẽ hic Aluaro. quintuplici intellectu, uarijsque ambagib. lacerat atque pscindit. Non refragatur huic. §. id, quod habetur in c. ij.

in c. ij. in fi. infra. si de inuesti. inter do. & uasal. lis oria. Vbi in possessione feudi existens, de quo dominus dicit eum inuestitum non fuisse, iuramento possessionem suam tueri potest. Nam tex. ille loquit̃ de possessore ueri feudi, qui per unum annũ, sciente domino, & nõ contradicente in possessione permansit. Hic uero. §. disponit de uasallo castaldiæ, qui in nulla ueri feudi possessione, domino sciente existens, prætextu suæ administrationis, inuito, ac ignorante domino, rem eiusdem occupasse præsumitur, nisi contrariũ probarit. Igit̃ iuramentũ illi nõ debet præsumptæ iniquitatis suæ esse præsidiũ: sed alię desiderantur probationes, ut hic in tex. Præterea etiam non refragatur tex. in §. item si uasallus. infra. si de inuesti. feu. contro. fuerit. Vbi uasallo possidẽte castrum tanꝗ iure feudi, & domino per Guardiam se ei dedisse asserente, probatio ipsius est domini. Nam tex. ille obtinet, cum nõ constat euidentia facti, uerum ne feudum, an Castaldiæ, uasallus a domino habuerit. At pręsens §. obtinet, cum palam constat, quem feudum Castaldiæ acceptasse, seqꝫ pro Castaldo publice gessisse: huic enim, si rem dominicã postea uelut titulo ueri feudi possideat, iuris resistit p̃sumptio. Quare euidenter docere debet, se possessionem eius, legitime fuisse assecutum, ut hoc tex. cui optime congruit tex. in c. ad decimas. de Restitu. spoliato. lib. vi.

Qui successores feudum dare teneantur.
Titulus III.

SI VERO ARCHIEPISCOPVS, EPISCOPVS, VEL ABBAS, VEL ABBATISSA, INVESTITVRAM EIVS FEVDI, QVOD ALIVS DETINEBAT, EO TENORE ALICVI DEDERIT, VT POST DECESSVM EIVS, QVI POSSIDET, HABEAT, ET ANTE DECESSERIT ARCHIEPISCOPVS, QVAM ILLE, QVI FEVDVM POSSIDEBAT, SVCCESSORES EORVM NON COGVNTVR EAM INVESTITVRAM FACERE, VEL CONFIRMARE, ETIAMSI PARES EIVS CVRIAE ADSINT TESTES, VEL BREVE TESTATVM INDE SIT: NISI ILLE, QVI INVESTITVRAM ACCEPERIT, NOMINE EIVS FEVDI IN POSSESSIONEM MISSVS SIT, EO CONSENTIENTE, QVI DETINET. SED SI ILLE, QVI FEVDVM POSSIDET. PRIVS

DECESSERIT, QVAM ILLE, QVI INVESTITVRAM FECIT, IVRE COGITVR EAM RATAM HABERE. LAICI VERO IISDEM MODIS OMNIBVS, QVIBVS SVPRA DIXIMVS, SI ALIIS INVESTITVRAM DEDERINT, HAEREDES EORVM, SI RATION.BVS CLARVERINT, OMNIMODO EAM ADIMPLERE COMPELLVNTVR.

Si ecclesiasticis dignitatibus insignes, feudi ab alio possessi inuestituram alicui dederint, eo tenore, ut mortuo possessore, id habeat, tenentur eam ratam habere, si post mortē possessoris feudi superuixerint: Si uero nō superuixerint, successores eorum in dignitate non cogunť talem inuestituram a prædecessore factam sequi, aut ratificare: nisi in possessionem feudi, consentiente possessore, missus fuisset ille, qui modo præfato fuit inuestitus. Sed hæredes laicorum quacunq; prælibata forma, inuestituram ab eo, cui succedunt, factam confirmare, & adimplere compelluntur.

1. Tam ecclesiastici, q̄ prophani aliquem de feudo uiuentis inuestire possunt, eo tenore, ut post mortem possessoris id habeat, ut hic in tex. Talis enim concessio consuetudine feudorū est pmissa. c. moribus. infra. si de feu. defun. cōten. sit inter do. & agna. uasal. Tametsi iure Cæsareo, huiusmodi cōuentiones, per quas de bonis superstitis agitur, odiosę & plenę, tristissimi & periculosi euentus uideantur. l. ulti. C. de pact. Sed de hoc latius disseremus in d. c. moribus. Spes igitur futuri feudi a domino per inuestituram concedi potest. Sicuti & spes futuræ actionis per donatorem transferri. l. spem. C. de dona. Similiter & spes emi potest, ueluti cum quasi alea emitur. Quod fit, cum captus piscium, uel auium, uel missilium emitur: multoq; magis, cum fructus, & partus futuri emuntur. l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. Porro spem talē de feudo per inuestituram concessam reuocare non poterit concedens. secundum Andre. de Ysernia, & Nico. de Neapoli. Sed cogitur, q̄ primū oblata opportunitate, feudi possessionem tradere uasallo. Intellige quoq; præfatam feudi inuestiturā uiuente uasallo, ita demū fieri posse, si uasallus ille filios, aliosue ullos habeat successores, ad quos hoc feudū iure deuoluať. c. i. infra. Qui successores teneanť.

2. Successor prælati ratam habere non cogiť inuestitram de feudo uiuentis, uti prælibatū est, alicui concessam, uelut in præ

iudicium sui iuris factam. Non enim prædecessor rem eam spē alicui conferre potuit, cuius conferendę facultas a futuro pendē bat euentu, qui uita eius durante, non accidit. Præsentiū nanq; rerum, non etiam post mortem suam gerendarum, habuit admi nistrationem. Itaq; falcem suam, uelut in messem iniiciens alie nam, nō potuit prǫiudicare iuri successoris: qui inconsulte, aut (ut Pontificis uerbo utar) irrationabiliter quid gestum a prǫde cessore, quāq; se, suosq; successores graui pœna obligarit, adeo non cogit̃ habere ratum, ut reuocare etiam permittatur. c. ij. de precarijs. & c. ut permutationes. de rer. permu. Verum si con sentiente possessore, is, cui feudum spē tali per inuestituram da tum est, in realem eius possessionē, uiuente inuestitore prǫlato, fuerit immissus, successor, q̃d actum est, ratum agnoscet: Quia per possessionis traditionem, iam res suam periodum, & robur irreuocabilis iuris est consecuta, a nullo amplius rei euentu de pendens, posteaq; ipsa feudi possessio iam contradita est uasal lo, ut hic in tex. Porro alijs in rebus legitime gestis, siue incep tis, siue consummatis, cogit̃ successor prædecessoris facta pro bare, contractusq; utiliter nomine ecclesiæ initos adimplere: a deo, ut id, quod promisit certo se loco soluturum, id successor eo loci soluere cogatur. c. dilecti filij. de fo. compe. Sicut enim filius debita patris soluere tenetur, ita prælatus sui prædecesso ris, si pro ecclesię necessitate sint contracta. c. i. de solutiōib. Cu ius tex. dispositionem extendit ibidem Panor. ut etiam obtine at si prælatus pro sua sustentatione æs alienū contraxisset. Qua si hoc, quod in necessarios usus uitę suę impēdit prǫlatus, ęque, ac pro necessitate ecclesiæ impensum esse iudicetur: quum ec clesia suum prǫlatum alere cogatur, & sustentare, secundū nota ta in c. præsentium. de pignori. Et dicit Panor. se de facto con sultum, ita pluries respondisse. Quod maxime obtinet in præla tis, qui longa infirmitate, & mala ualetudine pressi, multis debi tis inuoluti, tandem moriuntur. Nam successores ea soluere te nentur, secundū eum, ibidē. Item si prælatus nomine ecclesiæ, prædia & possessiones alicui locasset ad modicū tempus (quod fere intelligit̃ infra decennium, secundum glos. ulti. & ibi per docto. in clē. i. de reb. eccle. non alienan. in Clemen.) coge

retur successor locationem habere ratam, nisi appareat, eam in damnum ecclesiæ redundare, secundum Panor. in c.ulti. Ne prela. uices suas, uel eccle. suban. seu conce. Quod tamen non obtinet, si prælatus nomine suo proprio, prædia dignitatis suæ locasset: Nam eo mortuo, locatio quoque euanuit, sicque illi stare successor non cogitur. Quinimo, quod post mortem prælati locantis, conductor receperit, interea temporis, dum uacauit dignitas, id futuro successori restituere compellendus est. Quia fructus uacãtis dignitatis, futuro successori reseruantur. c. præsenti. de offi. ordi. lib. vi. Nisi speciali priuilegio, uel cõsuetudine iam prescripta legitime, seu alia causa rationabili, alijs cõpetant. ut ibidem. secundum Panormitanũ, ibi supra.

3. Cæterum a prophanis inuestituram, ea, qua in tex. apparet, ratione factam, hæredes omnibus modis confirmare, & adimplere coguntur, ut hic in tex. Cuius ea est ratio, ꝙ una quodammodo sit persona hæredis, & eius, a quo hæreditatem suscepit, ut in Auten. de iureiurando a moriente præstito, in princi. colla. v. Igitur respectu aditæ hæreditatis, uoluntatem defuncti suo cõsensu firmare debet. l. si ab eo. C. de libe. cau. Nam ex qua persona quis lucrũ capit, eius factũ præstabit. l. ex qua persona. ff. de regu. iu. & l. cum a matre. C. de rei uendi. Quę ratio non uiget in successore prælati: cum dignitates ecclesiasticæ iure hæreditario non acquirantur. c. apostolica. viij. q. i. Sicqꝫ successor, & antecessor in prælatura, eadem persona non censeantur, secundum Bal. hic. Quare diuersa ratio, diuersum ius constituit.

Si de Inuestitura Feudi controuersia fuerit,
Titulus IIII.

SI AVTEM CONTROVERSIA INTER DOMINVM ET FIDELEM DE FEVDI INVESTITVRA FVERIT, *Quid iuris sit uideamus. Et si inuestitura facta fuerit* CORAM PARIBVS CVRIAE, AVT IN BREVI TESTATO, RECTE EVM, QVI INVESTITVS EST, COGITVR DOMINVS MITTERE IN FEVDI *Possessionem.* SI VERO FVERIT IN *Possessione,* & MOTA FVERIT EI CONTROVERSIA A DOMINO, EI DEFENSIO DETVR PROPTER *Possessionem.* SI AVTEM NON FV*erit* IN *Possessione*, NEC SVPRADIC*tis* MODIS *Poterit* PROBARE, *tunc illius erit* DEFENSIO, *Qui inuestituram dicitur fecisse.*

Exorta controuersia inter dominum & uasallum, de inuesti tura feudi, si de eo inuestitum se esse legitime probet, in possessionem feudi a domino est mittendus. Si uero ei in possessiõe existenti dominus controuersiam de feudo moueat, sacramẽto possessionem suam defendere poterit. Verum nec possessionẽ feudi habente uasallo, nec inuestituram probante, per domini iusiurandum res dirimetur.

1. Constat duplicem esse inuestituram, alteram propriam, abusiuam alteram. Propria dicit̃ realis ipsa feudi possessio: Abusiua uero appellatur, per quam fit quædam imaginaria futuræ possessionis repræsentatio, uelut si hastam, uel aliud corporeũ quidlibet dominus alicui porrigat, feudi se inuestituram facere dicens, ut infra. quæ sit inuesti. §. i. Quanq̃ hæc inuestitura nullam inuestito possessionẽ tribuat. c. per tuas. & ibi glos. in uerbo, in possessione. de dona. & c. ex ore. iuncta glos. super uerbo, mandatum. de his, quæ fi. a maio. par. capi. Cum non solo animo acquiratur possessio, sed actu apprehensionis corporeę. l. possideri. §. in amittenda. ff. de acqui. posses. Tamen ius irreuocabile ad feudum a domino consequendum pręber: Nam si dominus hoc pacto aliquem de feudo inuestiuerit, cogitur omnino inuestitum in uacuã eius possessionẽ mittere: Vacuam sane, hoc est, liberam, nõ occupatam ab alio, remoto omni impedimẽto. Quod si dominus nõ faciat, sed moras nectat tradẽdę possessionis, cogit̃ uasallo refundere oẽm eam cõmoditatẽ, quam ex re feudali protinus tradita, consequi potuisset. c. unico. in fi. de no. for. fide. Et adeo quidẽ per hanc abusiuam inuestituram, fides dñi obstringitur uasallo, ut rẽ ipsam, de qua facta est inuestitura, præcise, atq̃ necessario tradere ac transferre cogat̃. Proinde, si dñm pœniteat factæ inuestituræ, & ante translationẽ possessionis, uasallo recõpensam offerat, aut quanti eius interest, rem habere, daturũ se spondeat, nõ liberat̃, sed ipsam feudi possessionẽ, de q̃ inuestiturã fecit, tradere cõpellendus est. c. si facta. infra. si de feu. defun. cõten. sit int̃ do. & agna. uasal. hoc tñ nõ obtinet, si dñs de eodẽ feudo inuestiat aliũ, eiq̃ feudi possessionẽ tradat, nã posterior inuestitus pręferet̃. secundũ Aluaro. ibi. ꝟsi. & cõcludo secundũ ꝟitatẽ. & ꝟsi.

quæro an ſit dare aliquam cautelam. per l. quotiens. C. de rei uendi. quã & Iaſon ibi. in xij. limitatione. in feudalibus quoq; obtinere concludit. hac tamẽ ſpecie, priori inueſtito obligatur inueſtiẽs ad intereſſe dupliciter, uel ad ſoluendã pecuniam feudo æquiualentẽ, uel ad feudũ conſimile, pariſq; æſtimationis præſtandũ. Ita uoluit Bal. in c. Inueſtitura. uerſi. poſſet etiam. de noua forma fideli. & Aluaro. in d. c. ſi facta. uerſicu. quæro quid ſi dominus inueſtiendo & tradendo. Porro diſpoſitioni huius tex. ſtandũ fuerit triplici ſubſiſtente conditione. Prima, ſi uaſallus inueſtitum ſe a dño fuiſſe legitime probarit, hoc eſt, uel per curię pares, uel per breue teſtatũ, ut in hoc tex. Dicit aũt breue teſtatũ, inſtrumentũ publicũ. c. i. quæ ſit inueſtitura. Breue dicitur, quia ſecundum Bal. breuibus ſit uerbis & compendio quodam. Poterit quoq; probari inueſtitura per alios teſtes, quam per curiæ pares, ſi dominus uaſallos aut pares nõ habuerit. §. ſi aũt inueſtitura. infra. quæ ſit inueſti. Secũda, ſi prius iuramentũ fidelitatis dño uaſallus præſtiterit. §. ult. infra. de noua for. fide. ſecundũ Bal. hic in prin. Primo eñ ſacramentũ fidelitatis p̃ſtandũ eſt, priusq; inueſtitura realis fiat: tametſi fidelitatẽ uerbalis, & abuſiua inueſtitura pręcedat. ſecundũ Bal. in c. unico. quid pręce. de. an inueſti. uel ſi. Tertia, ſi dñs facultatẽ, poteſtatẽq; habeat rei tradendę. Si eñ aut iuris, aut facti impedimẽto illã tradere nõ poſſet, utputa, quia forte aliena ſit, uel alioqui affecta, q̃ minus tradi queat, ſatis æquitati uidet cõgrue re, dñm præſtando intereſſe, liberari. Arg. l. ſeruus. §. ulti. ff. de actio. empti. Vbi rẽ alienam mihi uendens ignoranti, tenet in id, quãti mea interſit, meã eſſe factã. & in §. ulti. cũ ibi notatis. In ſti. de emp. et uẽdi. Quod & Bal. & Aluaro. hic cõprobant. His itaq; tribus ſubſiſtentibus, uidelicet inueſtitura abuſiua, ꝓbata per uaſallũ: fidelitate pręſtita per eundẽ: & dño facultatẽ tradẽdę poſſeſſiõis habẽte, locus erit huius tex. diſpoſitioni.

2. Si autẽ uaſallo in feudi poſſeſſione exiſtẽti, dñs controuerſiam moueat, dicẽs hoc feudũ ſpectare ad ſe, nec uaſallo inueſtiturã eſſe factã, cõtrouerſia dirimet per ſacramentũ uaſalli, iureiurando affirmaturi, inueſtiturã ſe eſſe conſecutũ, ut hic in tex. Et hoc cõmodũ p̃ſtat ei poſſeſſio: modo tñ per annũ unũ, ſciẽte domino, & nõ cõtradicẽte, in poſſeſſione feudi ꝑmanſerit, de quo

dominus dicit eum inuestitũ nõ fuisse: Tunc.n. sine ulla testiũ probatione, solus iurabit, se, uel patrẽ suũ de eo feudo fuisse inuestitũ.c. ij.in fi. infra.si de inuesti.inter do.& uasal. lis ori. At tamẽ si dñs probare uellet, inuestituram nõ esse factam, uidetur admitti debere, nõ obstante annali possessiõe uasalli. Verũ si in probatiõe defecerit, tũc demũ locus erit defensioni ipsius uasalli, ita, ut eius iuramento causa finiat, ut est tex.in §. ulti.infra.de cõsue. recti feu. Per quẽ pręsens §. interpretationẽ & supplemẽtum accipit. Hunc intellectũ tametsi non ponat Aluaro.tñ imis (qd aiunt) labijs attigit Bal. hic in primo summario. Quanq̃ illũ tex. nõ alleget. Quæ de possessione uasalli paulo ante dicta sunt, nemo ignorabit, de legitima, bonaq̃ fide quæsita solũ accipi oportere. Nec.n. quicq̃ iuris, dolus uasalli dño auferre potuit.l. eam quę. C. de libe. cau. Nec ęquũ est, dolũ suũ quenq̃ releuare.l. uerũ. §. tẽpus. ff. pro socio. Quare ut dolosa possessio, ius possessori non tribuit. d.l. eam, quę. ita nec uiolẽta, aut prædatiua. Quandoquidẽ nemo de improbitate sua consequit̃ actionẽ, aut defensionẽ.l. itaq̃ fullo. ff. de fur. Huic congruit, quod uoluit Innocen.in c. cõstitutus.de fil.presby.uidelicet nõ esse faciendam restitutionẽ illi, qui spoliatus est bñficio ecclesiastico, si cõstet restitutionẽ de iure nõ esse faciẽdam, ueluti si possessionẽ eiusdẽ beneficij uiolent̃ occupasset. Ex præmissis itaq̃ constat, uasallũ ex dolosa aut uiolẽta possessione, nullũ debere cõsequi patrociniũ. Quod & Baldus hic notauit.

3. Porro uasallo possessionẽ feudi nõ habente, nec inuestituram factam esse probante, iureiurando dñi lis sopiet̃, affirmaturi, nullã se inuestiturã aduersario dedisse, ut hic in text. Quanq̃ em̃ secundũ regulas iuris cõmunis, cũ obscura sunt iura partiũ, cõsueuerit cõtra eũ, q petitor est, iudicari.c. inter dilectos.in fi. cũ glos.ulti. de fi.instrumẽ. Sitq̃ tritissimi iuris, actore nõ probante, eũ, qui cõuenit̃, & si nihil ipse p̃stiterit, obtinere.l. q accusare. C. de ędẽ. Tamẽ in cõtrouersijs feudalibus, etiamsi actor nihil ꝓbet de iure suo, poterit iudex, si ita uidet̃, sacramentũ reo deferre, ut hic in tex. ubi apparet iuramentũ dño esse deferendũ. tametsi actor uasallus de iure suo nihil ꝓbarit. q̃d tñ nõ ꝑpetuũ esse uidet̃, sed ita demũ obtinere, si iusta aliqua ratio & causa, iudicis aĩm ad hoc moueat. §. sacramentũ. infr. de cõsue. recti feu.

§. SI VERO FEVDVM ALIQVIS HABVERIT, DE QVO NVLLA CONTROVERSIA EST, ET DIXERIT, SE INVESTITVRAM ALTERIVS FEVDI ACCEPISSE AB EODEM DOMINO, NEC IN POSSESSIONE FVERIT, NEC PRAEDICTIS PROBATIONIB. PROBARE POTERIT, LICET DOMINI ESSET DEFENSIO, EX ORDINE TAMEN, QVIA ALIVNDE VASALLVS EST, REMITTITVR DOMINO EX AEQVITATE DEFENSIO.

Si uasallus, quem constat feudum aliquod a domino obtinere, ab eodem aliud feudum petat, ratione inuestiturae, quam de hoc se prętendit recepisse, nec feudi possessionē habeat, nec legitime inuestituram probet, sola domini inficiatione, remisso iuramento, uasallus succumbet.

1. Cum quis uasallus esse alicuius domini conuincit̄, ita ut manifeste ac palam feudū aliquod ab eo obtinere dignoscatur, & feudum quodpiam aliud sibi a domino deberi contendit, ratione inuestiturae factae, nec tamen illam probat, neq; feudi, quod petit, possessionē est assecutus, ęquius est, ut simplici assertione domini controuersia diffiniat̄, nullo praestito iuramēto, idq;, ut reuerētię, quam domino manifestus debet uasallus, ratio aliqua habeatur, ut hic. Quemadmodum alioqui ob reuerentiam, & patrono, parentibusq; iusiurandum remitti consueuit. l. iusiurandum ad pecunias. §. qui iusiurandū. ff. de iureiuran. Non enim leuiter obstrictus est dño uasallus, qui q̄ humiliter, q̄ deuote, q̄ benigne, q̄ fideliter erga dñm se habere debeat, potius ex naturalibus, & bonis curiarum moribus potest percipi, q̄ lege aut scripto aliquo comprehendi, ut inquit tex. in c. unico. in quib. cau. feu. amit. Quinimo non a uasallo solum, sed etiam ab ipsa curia parium, reuerenter dominum tractari decet. quae, si quid incidat contra dominum querelę, debet adire dominum, eumq; (salua reuerentia) competenter cogere ad id, quod iuri & rationi fuerit consentaneum. c. unico. infra. de mili. uasal. qui contu. est.

§. CVM AVTEM QVIS DIXERIT, FEVDVM AD SE PER SVCCESSIONEM PERTINERE, ASSERENDO ILLVD ESSE PATERNVM: SI FVERIT IN POSSESSIONE MEDIETATIS, VEL ALICVIVS PARTIS: VEL CAMBIVM, PROPRIETATIS NOMINE, ILLIVS FEVDI HABVERIT, VEL ALIIS IVSTIS RATIONIB. ILLVD ESSE PATERNVM PROBARE POTVERIT, IVRE OBTINEBIT: SI VERO PROBARE NON POTVERIT PRAEDICTO MODO, DABITVR EI DEFENSIO CVM DVODECIM SACRAMENTALIB.

Asserens

Asserens feudum aliquod per successionem, uelut paternū, ad se pertinere, si in possessione dimidię, uel alterius partis illius existat, uel pro dicta parte sua, proprietatis nomine recōpensam habeat, sicq; ius paterni feudi se una in parte habere ꝓbet, etiā in alia parte, quam nō possidet, obtinebit. Idem iuris est, si alijs iustis rationibus hoc feudum paternū esse probare poterit. Verum si de parte possessa nō plene probarit, sed semiplene duntaxat, defensio ei cum duodecim sacramentalibus permittet.

1. Si uasallus habeat possessionem partis alicuius de eo feudo, quod tanq̄ paternū ad se asserit pertinere, & ius suum probet in parte possessa, etiam partes residuas obtinere poterit. Nam ille qui probaī ius habere in parte, etiam præsumitur habere in toto. Et dicit hic Bal. hoc esse speciale in feudis. Cuius rationē ipse nititur assignare. Sed, ut ait Iulianus, non omniū, quę a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. l. non omniū. ff. de legib. Verum ut in possessione partis feudi existens, etiam in alia parte uincat, necesse est duo interuenire. Primum, q̄ annali spatio sciente, & non contradicente domino, fuerit in possessione illius feudi partis, quam habet, secundum Andre. de Yser. per §. ulti. infra. si de inuesti. inter do. & uasal. lis oria. Alterū ut iureiurando affirmet, partē eam, quam nō possidet, iusta ratione ad se pertinere: Quia tametsi eam partē, quam possedit, iure paterni feudi ad se pertinere probet, tamē ob id nō censeī ius suum plene probasse, quo ad partem residuam. Sed quoniam ex probatione unius partis, ad reliquam quoq; ius præsumptū consequitur: ideo hoc iureiurando suo constabilire, & confirmare permittitur. sicq; toto feudo potitur, nisi dominus magis luculenter probando prȩualeret. Præfata locū habebunt, etiam si uasallus partē suam feudi, quā habuit, cum dn̄o cōmutasset. Nam satis est, si uasallū ius ea in parte feudi habuisse cōstiterit.

2. Vasallus legitime ꝓbans, feudū hoc, q̄d petit, totū esse pāternū, siue in possessiōe partis fuerit, siue nō, merito obtinebit, ut hic. & c. unico. in fi. de cōten. inter me, & do. de por. feu. fra. mei defun. & secun. Bal. hic in princi. Probaī aūt feudū esse pāternū uel per curię pares, uel ꝑ breue testatū, ꝑ pares curię cōfirmatū. Nō aūt probabiī per alios testes extraneos. Illi eñ quāuis

idonei, admittendi non fuerint. c. unico. infra. de conten. inter do. & fide. de inuesti. feu. Sed hęc intelligenda sunt, cum agitur de eo feudo, quod pater uasalli agentis in personam suam primus acquisiuit. Nam si ageret de feudo paterno antiquo, inuestitura talis etiam per testes extraneos probari ualeret. c. unico. infra. qui testes sint necessarij ad no. inuesti. proban.

3. At si uasallus plene non probaret, nec constaret partē possessam iure paterni feudi ad eum pertinere, tamē semiplene doceret de iure suo, q̄d ad feudū petitum pretendit, defensio ei cū duodecim sacramentalibus permitit̄, asserturis eum, uel ascendentes eius de eo feudo fuisse inuestitos, ut hic, & in c. unico. de conten. inter domi. & fide. de inuesti. feu. Cæterꝫ si neqꝫ feudi possessionē aliquam teneret uasallus, neqꝫ ius sibi ad feudum cōpetere, plene, aut semiplene probaret, dominus uero in possessione illius esset, tunc domini iureiurando lis dirimenda foret, ut ibidem, secundum Aluaro. & doctores.

§. ITEM SI VASALLVS POSSEDERIT CASTRVM, QVOD DIXERIT SE PRO FEVDO TENERE: ET CONTRA DOMINVS PER GVARDIAM DIXERIT SE EI DEDISSE, DOMINI EST PROBATIO. ET SI POTERIT PROBARE, TVNC ILLE, QVI TENET, DOMINO DEBET RESTITVERE, VEL PROBARE PER PARES CVRTIS, VEL PER BREVE TESTATVM, POSTQVAM IN GVARDIAM SVSCEPISSET, SE A DOMINO PRO FEVDO INVESTITVRAM ACCEPISSE. DOMINO VERO IN PROBATIONE DEFICIENTE, TVNC ILLIVS ERIT DEFENSIO QVI POSSIDET. SMILITER SI ALIQVIS POSSEDERIT CASTRVM, VEL ALIAM REM, ET DOMINVS DIXERIT SE PRO PIGNORE DEDISSE EI: ECONTRARIO ILLE DIXERIT SE ACCEPISSE PRO FEVDO. SI POTVERIT DOMINVS PROBARE, QVOD EI PRO PIGNORE DEDISSET, TNNC ILLE, QVI TENET, DOMINO RESTITVET, VEL PROBET SVPRADICTO MODO, SE, POSTQVAM A DOMINO PRO PIGNORE ACCEPIT, FEVDI NOMINE ACCEPISSE. ET SI DOMINVS NON POTERIT PROBARE, SE NOMINE PIGNORIS DEDISSE, ERIT DEFENSIO ILLIVS, QVI POSSIDET.

Si dominus arcem quampiam, tanqꝫ in feudum guardiæ alicui concessam repetat, isque eam nomine recti feudi suam esse contendat, probatiōis onus domino incumbit, quo probante, uasallus arcem domino restituet, nisi probare poterit, se, postqꝫ in guardiam suscepisset, titulo recti feudi illam obtinuisse: Sed dn̄o intentionē suā nō probāte, uasalli possessoris erit defensio. Idē iuris per oīa obtinet, si dn̄s arcē, uel q̄d aliud repetat, ueluti pignoris

pignoris aut hypothecæ noĩe a se traditũ illi, qui hoc pro feudo se accepisse asserit. Nam si dominus pignoraticiam traditionẽ probauerit, cogitur possessor domino restitutionem facere, nisi probet, se postmodum rem eam, iure feudi, ab eodem esse consecutum. At si dominus in probatione defecerit, ita ut de pignoris traditione facta non liqueat, possessoris erit defensio, iuraturi, se feudi nomine rem præfatam accepisse.

1. Dominus feudum repetens tanq̃ in guardiam a se datum, uasallo id negante, & econtrario asserente, se id iure recti feudi possidere, ad probatiõis onus astringit. Intentionem suam pro bãti, feudi possessio restituet, ut hic. Idq; ea de causa accidit, q̃ res ipsa plane uersetur in ambiguo, nec constet, guardiç ne, an ueri feudi titulo id, quod repetitur a domino, cõcessum fuerit. Nam alioqui si cõstaret, in guardiam semel a domino fuisse cõcessum, ei probatio nulla, sed asserenti, nomine proprij feudi se accepisse, probationis onus incũberet: docturo uel per curiç pares, uel per breue testatũ, se eius inuestituram legitime accepisse. & ita intelligendum. c. unicum. supra. de feu. guar.

2. Posteaq̃ dominus probarit, se in guardiam, uel pignoris nomine rem aliquam dedisse, possessionẽ ei restituere aduersarius compellit: nisi probarit, post guardiç, pignorisue cõcessionem, se de ea, iure recti feudi a dño inuestitũ fuisse, ut hic in tex. Nõ em̃ obstat domini probatio, q̃ minus aduersarius suam q̃q; intentionẽ probare possit. Quanq̃ em̃ iuris sit peruulgati, post probationẽ factam, & testimonijs publicatis iam cõfirmatam, non posse super eodẽ negocio ex diametro, cõtrariam instaurari probationẽ, nec testes aliquos, eius rei gratia, esse recipiẽdos: idq; ad euitandum subornationis discrimen. §. quia uero multi. in Autentico. de testibus. colla. vij. & Clemen. ulti. de testi. tamen nihil uetat, a parte aduersa nouam fieri probationem, si non super eodẽ negocio, nec super eisdẽ articulis (quos iã probatos esse cõstat) sed super nouis, suaq; diuersa exceptiõe, probationem introducere uelit. c. de testibus. eo. titu. in antiq. & l. siquidem. C. de excep. & l. exceptionẽ. C. de proba. & hic in tex. ubi non obstante domini probatione de guardiæ aut pignoris titulo facta, admittitur etiam probatio aduersarij, qua conuincit, se postea rem eam, feudi iure, esse consecutum.

Hęc enim ex diametro non repugnant, ſed utrũq; in ſua hypoſtaſi cõſiſtit, uerũq; eſſe poteſt, ſcilicet et pignorationẽ, uel guardiæ cõceſſionem prius eſſe factam, & feudi dationẽ poſtea eſſe ſubſecutam: Cum non ſolum atteſtationibus publicatis, poſſit fieri, noua probatio, teſtiumq; receptio, ſi agatur ſuper articulis omnino diuerſis, ſed etiam ſi agatur ſuper eisdem prioribus articulis: modo tamen nõ directe contrario probationis genere, ſed indirecto id fiat, ut probatur in d. Clemen. ulti. a contrario ſenſu. & ibi glos. in uerbo, directe contrarijs. Exemplũ uideri poterit in c. ex tenore. & quæ ibi prolixe tractantur per Panor. & alios. de teſti. Ex quorũ dictis inferri poteſt, quod ſi articulauerim me tibi mutuaſſe centũ, & teſtes a me producti deponant articulũ uerum, cõmemorantes locũ, & tẽpus mutui facti: tu poſt publicationẽ atteſtationum, hoc animaduertẽs, expetis probare, te eo tempore lõge abſentẽ, & in alio loco fuiſſe: Profecto ad huius probationẽ admitteris: Nam tuus iſte articulus directe non repugnat meo priori, in quo de certo tẽpore, & loco nihil a me expreſſum fuit: quanq; teſtes de illis depoſuerint: Quod non obtinet, ſi ego prius in articulo meo, tẽpus, locũq; deſignaſſem: Tunc em̃ eo, quemadmodũ articulaui, per teſtes probato, atteſtationibusq; publicatis, probationi tuę, tanq; ex diametro contrarię locus nõ fuerit amplius, ut hæc probant in d. c. ex tenore, & ibi per Doctores de teſtib.

3. Domino non probante ſuam intẽtionem, uidelicet arcem per guardiam, aut hypothecæ nomine a ſe traditam eſſe, poſſeſſoris erit defenſio, hoc eſt, iureiurãdo affirmabit, uel ſe, uel patrem ſuum de eo feudo fuiſſe inueſtitum: idq; obtinebit, ſecundum And. de Yſer. ſi ad minus annali ſpacio poſſeſſionem habuerit. §. ulti. infra. ſi de inueſti. inter domi. & uaſal. lis oria. Hęc intelliguntur, ſi prorſus nulla rei euidentia conſtiterit, per guardiam ne, an ueri titulo feudi poſſeſſionem ſit conſecutus. Alioqui ſi palam ſit, feudum ei per guardiam contigiſſe, ius ſuum, quod titulo recti feudi ſe habere prætendit, (& ſi in poſſeſſione ſit) iureiurando tueri non poſſet, ſed uel per curiæ pares, uel per breue teſtatum inueſtituram ꝓbare deberet: Idque ne iuramentum contingat præſumptæ fraudis eſſe patrocinium, ut patet in c. unico. ſupra. de feudo guardiæ. & quę ibi latius

ſunt dicta. Porro tametſi ſuperiore ſpecie uideri queat, domino nihil probante, reũ, etiam ſine ulla iuramenti delatione, eſſe abſoluendum. l. qui accuſare. C. de ẽden. & Regu. Actore. de regu. iu. li. vi. Tamẽ uſibus feudorum receptũ eſt, ut etiam ſi nihil probetur, iudex reo iuramentũ deferre poſſit, ſi qua ratione iudicis animus ad hoc inclinet. §. ſacramentũ. infra. de cõſue. recti. feu. Quid enim ſi domino probationibus deſtituto, nihilominus uaſalli fides iudici ſit ſuſpecta, nonne æquum fuerit, ut ſi aliæ probationes defecerint, ſacramenti religio ſcrupulũ reliquũ eximat, ut ſic undiqꝫ ueritate exquiſita, nemo iniquo dãno, aut lucro afficiatᷣ? Cuius rei conſiderationẽ, alio fine, etiã habuit Imperator, in l. ſcimus. §. licẽtia. C. de iure delibe. Cum & ſola ſuſpicione laborans, nõnunqꝫ cogatᷣ de ſua conſcientia ſatisfacere, ut eſt tex. in l. præſenti. §. cum autem. uerſi. ſicubi poſitæ. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt.

§. SI QVIS DE MANSO VNO, FEVDI NOMINE INVESTITVRAM ACCEPERIT, ET DIXERIT, QVOD OMNE INCREMENTVM PERTINEAT AD EVM PER INVESTITVRAM: SI DOMINVS RESERVAVERIT SIBI ALIQVID IN IPSA CVRTE, TVNC OPORTEBIT FIDELEM INCREMENTI INVESTITVRAM PER PARES CVRTIS, VEL PER BREVE TESTATVM PROBARE. SED SI DOMINVS IN IPSA CVRTE NIL SIBI RETINVIT, TVNC OMNE INCREMENTVM IVRE FEVDI FIDELIS OBTINEBIT. SI VERO FIDELIS IN POSSESSIONE INCREMENTI FVERIT, NON OPORTEBIT EVM INVESTITVRAM PROBARE, SED IVRARE.

Exorta controuerſia inter dominũ, & uaſallũ, ſuper incremẽto feudi, utrius ſcilicet iuri hoc cedat, ſi dominus ſibi aliquid reſeruarit in re feudali, oportebit uaſallũ probare, ſe etiam incrementi inueſtiturã accepiſſe: & hoc per pares curtis, uel per breue teſtatũ, niſi uaſallus eſſet in poſſeſſione incrementi. Hac ẽm ſpecie non oportuerit modo præfato incrementi inueſtituram probare, ſed ſolum iurare, ſe de incremento, una cum feudo fuiſſe inueſtitum. Si uero dominus nihil ſibi reſeruauerit in ipſa curte, uaſallo nullum incumbit onus probandi, ſed omne incrementum iure feudi obtinebit. Hunc exiſtimo genuinum eſſe ſenſum huius. §. quem etiam hic Bal. in exordio recitat. Quanquam Aluarotus Iacobi de Bel. diſtinctionem ſecutus, aliter hunc textum interpretetur.

Sed ut cuiuis paulo penitius inſpicienti pateſcit, intellectus ab eo prolatus textui parum cōgruit. Manſus aūt, cuius hic in principio ſit mentio, uox eſt uernacula Italorum, & agrū ſignificat, qui bubus duobus arari & coli quotannis poſſit. ſecundū glos. in uerbo, manſus. c. i. extra. de cenſib.

1. Si dominus reſeruarit ſibi aliquid in re ſeudali, puta ius eundi ad alia ſua loca, uel quid ſimile, ſecundum Andre. de Yſer. & Nicolaum de Neapoli. ueluti particulam aliquam amœni receſſus, aut locū arboribus, floribusq; conſitū, ſeu aliud quippiam iuris, reiue corporalis, uel incorporalis, per talem reſeruationem iure præſumitur, omnia incrementorū emolumenta ſibi retinere uoluiſſe, ideoq; incrementa uniuerſa talis cauſa reſeruationis, ad ipſum dominum ſpectare debēt: niſi uaſallus probarit, hæc incrementa ad ſe ſpectare. Quæ probatio bifariam fieri cōſueuit. Primo, per ipſam inueſtituram, continentem ſpecialiter hoc cautum eſſe, ut talia quoq; incrementa ipſi cedant uaſallo: Quam inueſtituram ita factam per pares curiæ, uel per breue teſtatum conuincet. Secundo, per iuramentum ipſius uaſalli, aſſerturi, ſe de incrementis quoq; feudi inueſtituram accepiſſe, & hoc, cum fuerit in eorum poſſeſſione: Hoc enim commodū ei poſſeſſio tribuit, modo ea fuerit annalis, quemadmodū in ſimilibus caſibus dictū eſt, in Paragraphis præcedentibus. At ſi dominus nihil ſibi reſeruarit in ipſa re feudali, tunc omne incremētū feudo accedens, uaſallus obtinebit. Sed quanq; Aluaro. hic diſtinguat inter incrementum latens, & apparens, iuxta id, quod habetur, in l. item ſi fundi. §. i. uerſi. huic uicinus. ff. de uſufruc. Vbi alluuionis incrementū latens ſpectat ad uſufructuarium, ſed incrementum apparens accedit proprietario. Apparens aūt appellatur, quod apparet ſeparatū eſſe, ueluti, ſi inſula iuxta fundū, in flumine nata ſit. Ego tamē arbitror in materia huius. §. in nullo caſu, eius diſtinctionis habendam eſſe rationē, cum hic tex. nō diſtinguat inter latens & apparens incrementū, ſed ſolum diſtinctionē faciat, utrum dominus aliquid ſibi in feudo reſeruarit, uel non reſeruarit. Quare coniectura capi poteſt, quaſi nec ſententia autoris ſit, ut alia fiat diſtinctio, ut in ſimili habetur. in l. de precio. ff. de publi. in rem act. Nam lege non di

ſtinguen

ſtinguente, nec nos diſtinguere debemus, ut ibidem. Et quod ſimpliciter dicitur, diſtinctionē nō admittit. l. ii. in fi. ff. de offi. prǽſi. & l. i. uerſi. & eſt relatum. ff. de aleæ lu. & aleato. Prætere a ſi hoc ius feudorꝝ, diſtinctionē iuris ciuilis obtinere uoluiſ-ſet, facile eam intactam ſeruari expreſſiſſet: quemadmodum factum fuit ab Imperatore in l. unica. §. quæ antiquis legibus. nō procul a fine. C. de cadu tollen. Deniqꝫ tex. hic aperte ſtatuit, omne incrementum ſpectare ad uaſallum, ſi dominus in ipſa curte nihil ſibi retinuerit. At qui omne dicit, nihil excipit, nec quicquam excludit. l. a procuratore. C. manda. l. iii. ff. de offi. præſi. & bonus tex. in c. i. uerſicu. dicēdo uero omnia. xix. diſtin. & glos. ulti. in c. ſolite. de Maiori. & obedien. Quapropter nulla diſtinctione latentis, uel emergentis incrementi habita, ad alterum duntaxat incrementū omne ſpectabit, prout apparuerit, dominū ſibi in feudo uel reſeruaſſe quippiam, uel nihil retinuiſſe. Quod & Andre. de Yſer. & Bal. probaſſe uidentur. Porro, cum occaſiōe reſeruationis, quam ſibi in re feudali fecit, feudi incrementa ad dominū ſpectent, iter ſuum per fundum feudalē ad præfata incrementa, ſi alius nō pateat aditus, habere poterit. argu. l. ii. §. recte. ff. ſi ſerui uendi. ſecundū Andream de Yſer. Nam cum per reſeruationem in feudo factam, ius habeat ad incrementa, etiam ius habere cenſetur ad oīa ea, per quæ ad ipſam incrementorꝝ cōmoditatem peruenit. argu. l. ii. ff. de iuriſ. om. iudi. Cum eñ permittunt̄ ſequentia, etiā antecedentia permitti uidentur. l. ad legatū. ff. de procura. Sed tametſi per fundū uaſalli, eum ire concedat̄, tamē ita uiam ſuam inſtituet, ut non obſit uaſallo. arg. l. ulti. ff. de ſeruitu. urba. prædio. Verba eñ ciuili modo ſunt intelligēda, & quædam in ſermone tacite excipiunt̄. Itaqꝫ ſi alicui uia per fundū cuiuſpiam concedat̄, uel relinquatur, per quamlibet eius partē ire quidē licebit, non tamen per ipſam uillam, nec per medias uineas: cum id æque commode per alteram partem facere poſſit, & minore fundi detrimento. l. ſi cui ſimplici. ff. de ſeruitu. Vbi etiam dicitur, ea demum uia quem ire debere, qua primum uiam direxit: nec amplius mutandæ eius poteſtatem habere.

§. RVRSVS SI ALIQVIS ACCEPERIT INVESTITVRAM FEVDI CVM OMNI

INCREMENTO, QVOD EI OBVENIRET, ET ALIQVID ACCREVERIT, VIVENTE EO, A QVO ACCEPERIT, IPSIVS ERIT: ET SI ILLE, QVI INVESTITVRAM FECIT, SINE HAEREDE DECESSERIT, ET FEVDVM REVERSVM FVERIT AD EVM A QVO IPSE TENVERIT, VEL AD ALIVM, QVICQVID POST MORTEM EIVS, QVI DEDIT, ACCREVERIT, AD EVM PERTINEBIT, AD QVEM REGRESSVM FVERIT.

Inuestituram feudi cum omni incremento consecutus ab eo uasallo, qui id cum iure incrementorum obtinebat, incrementa omnia acquirit obuenientia, tempore uitę ipsius uasalli, qui pręfatam inuestituram concessit. Post mortem uero eiusdem, quæ accreuerint, deuoluentur ad dominum, a quo uasallus concedens obtinuerat feudũ, si illud quoq; ad eundem debeat deuolui. Aluarotus geminum intellectũ huic §. attribuit. Et quanquam ipse probet posteriorẽ, ego tamen arbitror primum ab eo positum textui magis cõgruere. hoc præsupposito, quod uasallus inuestituram alij faciens, feudũ, una cum iure incrementorum habuerit. Quod & tex. hic necessario præsupponere uidet: Si enim hoc non habuisset, nec in aliũ transferre potuisset. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iu. Sicq; necessaria non fuisset distinctio hic in tex. posita, quę fit inter incrementũ obueniens tẽpore uitę, inuestiturã concedentis, & illud, quod post mortẽ eius obuenit.

1. Vasallus obtinens feudũ, etiam sine domini consensu hoc alij poterit infeudare, modo bona fide, syncere, & sine ulla fraude hoc fiat, ut hic in tex. & in §. beneficium. infra. si de feu. defun. cõten. sit inter do. & agna. uasal. & §. similiter. infra. de le. Conra. Remota tamẽ procul callida illa machinatione, qua sub colore inuestiturę, & subinfeudatiõis pretextu, accepto precio, in alios feudũ transfert, atq; uendit. c. callidis. infra. de prohi. feu. aliena. per Frede. Dũmodo etiam subinfeudatio fiat in eũ, qui æqualis sit cõditionis. d. §. similiter. Deniq; modo eadẽ forma, eodem statu, ijsdemq; conditionibus, quibus obtinebat uasallus, hoc feudum alij per infeudationẽ cõcedat, de quo in d. §. similiter. & in dicto §. beneficium. Hęc tamen infeudatio agnatis successuris præiudicio non fuerit, utpote, quæ uitã cõcedentis non egrediat, in præiudiciũ superstitum agnatorum, secundũ Aluaro. de quo latius in d. §. similiter differemus.

2. Habens a uasallo primo infeudationẽ feudi cũ omni incremento,

mento,tamdiu in cremento fruetur, quamdiu in humanis fue-rit uaſallus, qui infeudationẽ conceſſit: ſed eo e uiuis exceden-te,nulliſq; ab eo ſucceſſoribus relictis,feudo ad dominũ reme-ante,incrementa etiam ad dominum remeabũt. Nam per mor-tẽ primi uaſalli infeudantis, a quo feudũ cũ incremẽto obtinue rat ſecundus uaſallus,ius omne ſuum amiſit. Cuius ea eſt ratio, q; reſoluto iure datoris, etiam reſoluatur ius acceptoris. l. lex uectigali.ff. de pigno.& l.i.C. ſi pignus pig. da.ſit.& §.rurſus. infra. titu. proximo. Quod obtinet, cum ius acceptoris depen det ſucceſſiue,atq; cõtinuo a iure datoris.Diuerſum igit̃,ſi mox a datore profectũ, numeris oĩbus perficiat̃,& abſoluat̃, adeoq; a dante ſeparetur, ut ab eo amplius dependere non poſſit,ut in l. poſt contractum capitale crimen ,ualet,ante condemnationẽ ſecutam. Et ita reſoluto iure donantis, nõ reſoluit̃ ius accipien-tis:quia donatio iam fuerat numeris omnibus abſoluta,et in do natariũ tranſlata, ita ut donantẽ amplius reſpicere nõ potuerit, nec dependere ab eodem. Simili quoq; modo , ſi uaſallus cum domini uoluntate,totũ, uel dimidiũ feudũ alienauerit, ſtabilis permanebit alienatio: ſicq; iure datoris reſoluto, nõ reſoluetur ius acceptoris. §. ſi uero.de aliena.feu. Nam per alienationẽ le-gitimam ſemel res abdicata,et in aliũ tranſlata,amplius, quo ad iuris ſui ſubſiſtentiã,nõ dependet ab alienante. Porro ſi in pro-ximum agnatũ , qui alioqui ſucceſſurus fuiſſet, talis infeudatio facta ſit, nõ reuocabitur morte datoris,hoc eſt,infeudantis. in-fra.de aliena.feu.§.ſi uero.ſecundũ Aluaro. Sed ſi uaſallus ille infeudans, ob culpam aut feloniã in dñm cõmiſſam , feudo ſuo priuaretur,tunc reſolueretur ius acceptoris , uidelicet ipſius ſe-cundi uaſalli,ut infra.quæ fuit pri.cau.bene.amit.c.deniq; ſępe quæſitũ eſt. Vbi inqt tex. ſi uaſallus in dñm peccauerit,ut feudũ amittere debeat,non ad proximos,ſed ad dñm beneficiũ reuer tat̃,ut hanc ſaltẽ habeat ſuę iniuriæ ultionẽ. & in c. unico.infra. an ille,qui interfe.fra.do.ſui,feu.amit. Vbi textus ait,cũ ad dñm reſpicit felonia,feudũ tunc dño aperit̃.Poſtremo,ignorandum nõ eſt,hũc ſecundũ uaſallũ, qui feudũ accepit a primo uaſallo, per dñm antiquiorẽ, ad debita ſeruicia & obſequia, quæ feudi talis ratiõe pręſtari cõſueuerunt,cõpelli,& renuentẽ, per feudi

subductionē, ad ea coartari posse, secundū Bal. hic iuxta notata in §. adeo. Insti. de loca. & cōduc. cum ei in subsidiū, cōtra secundū uasallū, ueluti cōtra debitorē debitoris, regressus debeat patere, iuxta notata in l. pro hęrede. §. si quid tn̄. ff. de acquirē. hęredi. Hanc Bal. sentēciam, ut ęquitati cōsonam, hic sequitur, & cōprobat Aluaro. Quę etiam iuuari uidet̄ tex. in §. similiter. infra. de lege Conra. Vbi secūdus uasallus inuestitus debet esse æqualis inuestiēti, ut similiter & ęque, domino possit inseruire, sicut & primus uassallus potuisset.

Quibus modis feudum amittatur.
Titulus V.

QVIA SVPRA DICTVM EST, QVIB. MODIS FEVDVM ACQVIRITVR ET RETINETVR, NVNC VIDEAMVS QVALITER AMITTATVR. SI ENIM DOMINVS PRAELIVM CAMPESTRE HABVERIT, ET VASALLVS EVM MORANTEM IN IPSO PRAELIO DIMISERIT NON MORTVVM, NEC AD MORTEM VVLNERATVM, FEVDVM AMITTERE DEBET.

Consequens est, ut cum hactenus tractatum sit, quibus modis feudum & acquirat̄ & retineatur, nūc elucescat, qualiter feudum consueuerit amitti. Primo igitur omniū, uasallus feudum amittit, qui dominum non mortuū, nec letaliter uulneratū, in acie ipsa, prælioq; campestri dimiserit, atq; destituerit.

1. Vasallus dominum suum in prælium euntem comitari debet. ut hic. & in c. item qui dominum. infra. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. Quod obtinet etiam si procul a patria belligerandū fuerit, modo bellum, aut prælium suscipiatur pro uita, honore, & rebus domini uel cōseruandis, uel recuperandis. Ad ea siquidē iureiurando astringit̄ uasallus, ut in c. unico. de no. for. fideli. Vbi nulla specificatione loci, promittit̄ fidelitas, contra oēm hominē, excepto Imperatore, uel rege. Item omne auxiliū, tam ad uitam, honorē, & res domini tuēdas, q̄ recuperandas, omni tēpore. Quare si dominus cogat̄ longe a patria bellū suscipere, idq; necessarię defensionis, aut recuperationis gratia, obligant̄ uasalli dn̄o suo assistere: & q̄cunq; res postularit, dn̄m proficiscentē comitari, eiq; operam auxiliarē in tuēdis, uel recuperandis rebus impēdere: dūmodo & ius bellandi dn̄o sit p̄missum, & iniustam belli causam habere non appareat. arg. c. dn̄s noster. xxiij. q. ij. secundū And. de Yser. & Aluaro. hic. Quemadmodū

admodũ nõ raro expedit, ut copijs in terram hostilẽ, & si procul dissitam, eductis a patria hostis impetus auertat. Quemadmodũ constat fecisse Scipionẽ, qui exercitu in Aphricam traducto, Hannibalẽ a Romanorꝝ oppugnatiõe, ad domestici belli sollicitudinẽ reuocauit. Si uero dñs nõ propter suam, patriæ, aut rerꝝ suarꝝ defensionẽ, seu recuperationẽ, aduersus exteras gentes bellum mouere uelit: sed uel propagandi imperij gratia, uel nominis sui, famę rerꝝ gestarꝝ gloria illustrandæ, uasalli quoqꝫ dñm eo tendentẽ sequi debent, si aut ipse, aut maiores eius consueuerint huiusmodi expeditiones in barbaros, aut procul dissitas gentes facere. Hac eñ specie tenent uasalli solita obsequia agnoscere, & una cũ dño in expeditiones proficisci, instar libertorꝝ, qui operas consuetas dominis præstare cogunt. l. operarꝝ. in uerbo, cõsuetudini. ff. de ope. liber. & argu. l. uel uniuersorꝝ. ff. de pigno. actio. secundũ Speculatorẽ in titu. de feu. §. quoniam. uersi. xxiij. At si dñs nõ cõsueuerit exteros bellis lacessere, nec fines suos, proferendæ ditionis causa, egredi, uidetur onus incõsuetum in humeros uasallorꝝ nõ debere reclinari, tũ quia insolitũ, tum etiam, quia hoc in feudorꝝ susceptione nõ uidet uel a dño, uel a uasallis fuisse cogitatũ: Itaqꝫ nec feudorꝝ obsequijs cõprehendendum. arg. l. qui cum tutoribus. §. transactio. ff. de transact. cum §. fina. ibidẽ. & l. cum Aquiliana. eo. ti. ubi id, quod nõ est cogitatũ, in suo statu retinetur. Praeterea durum est quẽ cogi de prouincia, in aliam ire prouinciam. l. sed & hæ personæ. §. nõ solum. ff. de procura. Et uidetur illi impune nõ pareri, qui in loco remoto, & de quo cogitatum nõ est, adesse iubet. l. si cum dies. §. si arbiter iussit. ff. de recep. arbi. Libertus qꝫ operas suas, in locis cõsuetis, dño reddit. Nam si uagari per orbẽ terrarꝝ uelit, non erit iniungenda necessitas liberto, ubicunqꝫ sequi. l. quod nisi. in fi. ff. de ope. liber. Hanc distinctionem probat Specu. ubi supra. quam tamen non esse perpetuã fortassis recte quis dixerit. Nam licet dñi, aut maiorꝝ non habeat cõsuetudo, ut uasalli, belli gerendi gratia, extra patriam traducant, tamẽ ex hoc absolute nihil pronunciari posse uidet: cũ multa oriri queãt, & incidere, ob quæ talis expeditio pro bono reipublicæ fuerit æstimanda. Ideoqꝫ boni uiri arbitrio cau

sam licebit examinari, ob quam talis expeditio fuerit uel suscipienda, uel postponenda: ut ad hæc colligit argumentũ optimũ in l. Meuia. §. uxore hærede. ff. de annuis lega. Quanq; si breues quasdam excursiones contra cõsuetudinẽ facere cupiat dominus, nõ uideatur usq; adeo uasallos reluctari debere. arg. d. §. uxore. in fine. Quæ superius dicta sunt, obtinere censentur, cum iusta legitimaq; causa dominus bellũ susceperit. Tunc. n. uasalli & acriter in hostẽ ferri, & omnem uim hostilẽ a dño strenue arcere debent, nihilq; interest, aperto Marte, an insidijs res geratur. c. dñs noster. xxiij. q. ij. Idéq; iuris est, si res in ambiguo uerset, iusta ne causa, an iniusta dñs impellat ad bellũ suscipiendum. Nam in ea ambiguitate pari studio (ut iam dictũ est) dñi conatibus opitulabunt. At si palam sit, temere aut iniuste dñm quid moliri: tametsi nõ cogant iniustæ expeditionis comites fieri, operam tamẽ dabunt, ut hostilis iniuria a dño propulset, defensione eius, nõ etiam hostiũ inuasione suscepta, ut in titu. hic: Finitur lex. dein. consuetu. incipi. Et quæ ibi crebrior habet opinio doctorum. Quapropter si uasallus iniustę expeditioni se adiũgens, saniore usus cõsilio, & mente in melius cõmutata, se ex acie subduceret, dñmq; alios temere affligentẽ desereret, feudo neutiq; priuandus foret, etiamsi dño fidem suam in eo negocio peculiariter obstrinxisset. secundũ glos. & Docto. In malis. n. promissis rescindenda est fides: In turpi uoto mutandũ est decretũ: Incaute promissa non sunt præstanda: Et impia est promissio, quæ scelere adimpletur. c. in malis. xxij. q. iiij. Licentia etiam cuique est arbitrij cõmutandi, ne iustę pœnitudinis humanitas amputet. l. si qs libellos. C. de appell. Nam licet quis nõ possit mutare consiliũ in alterius detrimentũ. Regu. mutare. de regu iu. li. vi. tamen id mutari potest, ne anima sustineat detrimentũ: cum ea sit cæteris rebus oĩbus prẽferẽda. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. Et unius animę amissio maius damnũ censeat, q; si innumerabiliũ mors corporum cõtingeret. c. si habes. vers. qd dicã de cõiuge. xxiiij. q. iij. Quinimo cũ iniqtas dñi bellũ temere suscipiẽtis, uasallo cõmutandi cõsilij occasionẽ pbeat, damnũ exinde pueniẽs sibi ipsi imputabit, q illicitũ genus belli suscepit. Sicq; hic locus erit regulę dicẽti: Damnũ qd qs sua culpa sentit, sibi debet, nõ alijs imputare. reg. damnũ. de regu iu. li.

vi. Verũ enimuero si hic uasallus sciẽs, prudẽsq; in illicita expedítione, dño suo se adiungens, prætextu mutati in melius animi, quasiq; ab iniusta psecutione iam resipiscẽtis, fraudulẽto cõsilio, quod ex euẽtu, indicijsq; cõstare poterit. l. dolũ. C. de do. & l. fraudis. ff. de regu. iur. uelut si in ipso procinctu, ut dñs circumueniat, ab eo deficeret, ipseq; dñs presidio solius uasalli fretus, iam ab eo destitutus in discrimẽ adduceret, ad resartiendũ omne dispendiũ, quod ea ratione sustinuerit, efficaciter contra uasallũ agere poterit. Nã si dñs huius uasalli opẽ nõ habuisset, qua sola cõfisus in expeditionẽ prodijt, aliorũ opẽ & auxiliũ adhibere potuisset. l. in cõmodato. §. sicut. ff. cõmoda. Cũ alioqui alius quis, etiam nõ uasallus, semel suscepta alicuius defensiõe, eã deserere nõ possit, sed ad finẽ pducere teneat. Proinde si mihi iuste bellũ gerẽti dux quispiã opam suam & auxiliũ obstrinxerit, quibus ego in fiduciã erectus, hostes aggredior, si me deserat & destituat, ad omne damnũ pecuniariũ, ac ad interesse refundendũ mihi obligatus erit, secundũ Andre. de Yser. & Aluaro. hic per d. §. sicut. Non. n. me impune forte periturũ desere debet. Nam suscepisset defensionẽ meam alius, si is nõ suscepisset. Et licet uoluntatis sit, alicuius suscipere defensionem, necessitatis tñ est, eam cõsummare, ut ibi in tex. cui etiã cõgruit lex. nam & Seruius. §. si uiuo Titio. ff. de nego. gest. Per quã legẽ dici posset, prefatũ ducẽ, etiã me in bello moriente, nõ debere susceptã expeditionẽ intermittere. Quanq. n. nouam inchoare nõ cogeret, ueterẽ tñ & susceptã explicare & cõsummare necessariũ esset, ut est argumentũ expressum in d. §. si uiuo Titio. Predictis etiã applaudit. §. ult. in l. si pupilli tui. ff. de nego. gest.

2. In prælio dñm non mortuum, nec mortifere uulneratum, deferens uasallus, feudum amittit, ut hic. & in §. item qui dominum. infra. quę fuit pri. cau. benefi. amit. Vbi dicit, qui dñm in acie periclitantẽ dimiserit, beneficio indignũ se iudicauit. Et est ratio, quia uasallus dño suo adesse, & cũ eo strenue in ƥlio laborare debet, ipsumq; a morte liberare, si hoc possit. Igit si a morte uasallus dominum liberare potuerit, & non fecerit, beneficio carebit. infra. de aliena. pater. feu. §. ulti. Et alius tex. nempe in c. ulti. infra. de feu. sine cul. nõ amit. dicit uasallũ feudo priuandum, si in pugna dñm suum dimiserit, & cũ eo nõ laborauerit,

ſi potuerit. Quare ſi uaſallus confoſſus, aut grauiter ſauciatus, ſe ex acie ſubducens, dñm dereliquerit, hoc ei fraudi nõ fuerit, nec ea de cauſa feudũ amittet, ſecundũ glos. hic. Parcit̃ eñi ei, qui tam grauiter affectus, opẽ dño ferre nõ potuerit. l. ſi quis in graui. ff. de ſenatuſcon. Syllania. & Claudia. Porro tametſi ſerui, quoties dñis ſuis auxilium ferre poſſunt, nõ debeant ſaluti eorum ſuam anteponere. l. i. §. eodẽ aũt tecto. uerſi. iuxta hoc tñ. ff. de ſenatuſcõ. Sylla. & Clau. & l. cũ dñs. ff. eo. ti. Vbi cum dominus occiditur, auxiliũ ei familia ferre debet, & non ſolũ armis & manu, & clamoribus, ſed etiam obiectu corporis, idq; ſub pœna ultimi ſupplicij: Tamẽ uaſallus ſaluti domini ſuã poterit anteponere, cum nõ tantum aſtrictus ſit domino, quantũ ſeruus hero, ſecundũ glos. hic. & in §. ulti. in uerbo, liberare. infra. de aliena. pater. feu. Quas glos. hic poſt alios approbat Aluarotus. Sed contraria eſt ſententia Specula. in titu. de feu. §. quoniam. uerſi. xxvij. quærit̃, circa finem illius quæſtionis, dũ dicit: Item nõ debet uitam ſuã preferre uitæ dñi. Sed durũ hoc fuerit, nõ expreſſa lege, aſſeuerare: cum alioqui & libertus multis nominibus dño obſtrictus, ad eas demũ operas domino preſtandas obliget̃, quæ ſine piculo uitę pſtari poterint. l. hę demũ impoſitæ. ff. de ope. liber. Niſi quis dixerit, aliam uideri conditionẽ uaſallorũ, quibus in id feuda tribuunt̃, ut dñi ſalutẽ, domi ac foris ppetuo ſtudio tueant̃: ſicq; feudorũ commoditatẽ hoc etiam onus peculiariter comitari. Verũ hæc a perſonarũ ac feudi qualitate, obſeruataq; regionũ cõſuetudine, interpretationẽ recipere poſſe uident̃. Certe nõ leuiter uaſallũ ius obſtringit, dũ relinquere in acie dñm nõ permittit̃, niſi uel mortuũ, uel mortifere uulneratũ. Qua ex re peruiũ fit, quãto cũ diſcrimine uitæ necisq; dñi ſalutẽ tutari debeat. Aequiparat̃ aũt hic mortuus & letifere uulneratus ad eũ finẽ, ut uaſallus dñm derelinquens, nõ priuet̃ feudo, cũ mortifere uulneratus, ꝗque ſit piturus, etiam ſi a uaſallo nõ derelinqueret̃. arg. l. ſi alius. §. eſt & alia. in ꝟbo, æque perituris ędib. ff. q̃d ui, aut clam. In alijs uero caſibus, mortifere uulneratus mortuo nõ æquiparat̃. Proinde ſi alius quem mortifere pcuſſerit, alius poſtea exanimauerit, prior quidẽ nõ tenet̃, quaſi occiderit, ſed quaſi uulnerauerit: quia ex alio uulnere perijt: ſed poſterior tenet̃, ꝗa occiderit, ut eſt pclarus tex. in l.

itē Mela.§. Celsus scribit.ff. ad legē Aquiliā. Ea quæ supius dicta sunt, ita demū obtinēt, si feudi natura & qualitas nō repugnet. Cōstat.n. frāchi feudi possessorē, ad ea, q̄ plibata sunt, nō teneri. secun. Oldra. Cōsi. 234. Idem de cōsimilib. fuerit iudiciū.

§. ITEM SI FIDELIS CVCVRBITAVERIT DOMINVM, ID EST, CVM VXORE EIVS CONCVBVERIT, VEL CONCVMBERE SE EXERCVERIT, AVT CVM EA TVRPITER LVSERIT: VEL SI CVM FILIA, AVT NEPTE EX FILIO, AVT CVM NVPTA FILIO, AVT CVM SORORE DOMINI CONCVBVERIT, (HAEC ITA OBTINENT, SI IN DOMO DOMINI MANEAT,) IVRE FEVDVM AMITTERE CENSETVR.

Vasallus cum uxore domini concumbens, uel se, ut cōcumbat, exercens, aut cum ea turpiter ludens, uel concumbens cum filia, aut cū nepte ex filio, aut cū nupta filio, aut cum sorore dñi, (si in eiusdē domo maneat) merito feudū perdere iudicatur.

1. Vasallus, qui cū uxore domini rem habuit, feudū amittit, ut hic. Etiamsi uolente uxore id factum fuit. Tametsi enim nulla sit iniuria, quæ in uolentem fit, quantum ad uxorem attinet, tñ ea iniuria mariti pudorē perstringit. arg. l. i. §. usq; adeo. ff. de iniu. Et ea de causa uasallus grauiter dñm offendens, feudo priuabit̃. Maritus quippe ægrius fert uxorē suam ab alio cōstuprari, q̄ propriū filiū occidi. l. Codicillis. §. matre, & uxore. ff. de lega. ij. Vbi cū dicit tex. scis unū fratrē tuū filium nostrū occidisse. sed & alia mihi deteriora fecit. Exponit Bal. quia forte cōcubuit cū priore uxore testatoris. Quā expositionē & alij sequūtur. Si autem domino mortuo, cum uidua domini quondam uxore concumbat, non uidetur ob id feudo priuandus. c. ulti. de feu. si cul. non amit. Vbi tex. dicit, uel si concubuerit cum uxore dñi sui, domino uiuēte, quę uerba, domino uiuente, nō uident̃ esse ociosa, sed tacite innuere, diuersum fore, si id fiat, dño mortuo. q̄d & Bal. sensit. Quanq̄ repugnet Aluaro. allegās l. fœminę. ff. de senato. & l. filij. §. uidua. ff. ad municipa. Quę leges nihil opinioni eius cōgruūt, sed potius reluctant̃. Volūt.n. clarissimorū uirorū uxores uiduas, tādiu claritudine uirorū gaudere, q̄diu inferioribus nō nupserint. Quare si per nuptias desinūt esse, q̄d fuerūt, lōge magis esse desinēt per illicitos cōgressus. At si uidua ea filiū haberet, qui patri in feudo succedēs, dñs huius uasalli effectus esset, tūc uasallus cū ea cōgrediēs, feudū amitteret, nō tā q̄ uiduā q̄ndam dñi, q̄ q̄ matrē præsentis dñi cō

ſtupraſſet. Quæ enim reuerentia debetur coniugi, etiam & matri deberi uidetur. argu. in Auten. de conſulibus. §. hæc itaq;. uerſi. ſi uero non copulatus. colla. iiij. Idem obtinet, ſi uaſallus non uxorē, ſed ſponſam domini, etiam nondū traductam, uitiaret. arg. l. in legibus. ff. de teſti. & l. ſi qua mihi, in prin. ff. de ritu nup. & §. ſi uxor. Inſti. de nup. Idē q̄q; obtinet, ſi uaſallus rē haberet cū dñi cōcubina, indubitato affectu ei copulata. arg. l. itē legato. §. item intereſt. uerſi. parui autē refert. ff. de lega. iij. Vbi tex. dicit, ſane enim, niſi in dignitate, nihil intereſt, ſcilicet inter uxorē & concubinā. Quod & Bal. alia quadā ratione cōprobat. Attñ ſi uaſallus cum pediſſequa domini rē haberet, quanq̄ dominici honoris temerator eſſet. c. de forma. cum glos. ſuper uerbo, ad honeſtatē. xxij. q. v. Et etiam ſecundū And. de Yſer. periurij crimen incurreret, feudo tamen ob id priuandus nō foret: Quia pediſſequa nō eſt inter eas perſonas enumerata, cum quibus ſtuprum commiſſum feudi amiſſione punitur.

2. Non ſolum uaſallus feudo priuatur, qui cum uxore domini concubuit, ſed etiam, qui, ut cum ea concumberet, ſe exercuit. ut hic in tex. Nam in maleficijs uolūtas ſpectatur, nō exitus. l. diuus Adrianus. ff. ad legē Corne. de ſicca. Et cū tex. hic dixit, ſe exercuit, denotauit nō ſimplicē cogitationē, (nam cogitationis pœnam nemo meret. l. cogitationis. ff. de pœn.) nec etiam actū aliquē a cogitatione progreſſum, innocuū tamen, & ſic iuſta pœnitentia abolendū. l. qui falſam. ff. ad leg. Cor. de fal. ueluti ſi amatoriam cōſcripſiſſet epiſtolam ad dñam: tamē pœnitētia ductus, illam nō miſſam laceraſſet. Sed denotauit hic tex. actū quendam, iam ꝓpius ad ipſum delictū accedentē, planeq; exercitiū quoddam, & conatū ſucceſſiuū, ueluti ſi iam literis amatorijs miſſis, aut illecebris munuſculorum, uxoris dominicæ pudicitiam ſollicitaſſet: familiam & cuſtodes corrupiſſet: alijsque omnibus ſtrophis ad expugnandam eius pudicitiam uſus fuiſſet. Nam uaſallus ſe ita exercens, etiamſi ſtuprum non fuerit ſubſecutum, feudo priuabitur, ut hic in tex. De pertinentibus ad hanc materiam uide latius in l. ſi quis non dicam rape re. C. de epiſco. & cle. Nam cum talia fiunt, uere dicitur, in maleficijs uoluntatem ſpectari, non exitum. d. l. diuus. Non em̄ ſtat per uoluntatē conantis, quominus improbū deſyderiū

re ipsa cōpleatur, quanquam effectui non mancipetur rei euentu. Itaque & is, qui cum telo ambulauerit, hominis necandi causa, sicut is, qui hominē occiderit, legis Corneliæ de siccarijs pœna coercet. l. is, qui cum telo. C. ad legem Corne. de sic. Veruntamen si uasallus sua sponte desistat, ab incepto offendiculi genere, modo insidias non struxerit domino, præuij conatus, feudi priuationem non irrogabunt. §. si uoluerit. infra. de capita. qui curi. uendi. Quę sentencia ad quamuis iniurię speciem, a uasallo inferendam, probabiliter fuerit porrigenda. Præterea uasallus etiam feudo priuatur, si cum domini uxore turpiter luserit, ut hic in tex. Nam ludus quoque noxius in culpa est. l. nam ludus. ff. ad l. Aquili. Et Iustinianus in procemio. ff. non procul a fine: Quis ludos, inquit, appellet eos, ex quibus crimina oriuntur? Proinde locus erit huic tex. si uasallus domini uxorem impudenter contrectarit, & præter gentis consuetudinem in loco suspecto, osculatus, uel amplexatus fuerit, secundū And. de Yser. Cum in his nō minor uigeat ratio, q̄ in turpi ludo: nisi quis talia, significatione turpis ludi, dixerit cōprehendi. Cęterę tametsi uasallus cum filia, nepte, nuru, aut sorore domini concubuerit, feudū amittat, tamē si cū illis concūbere solū conetur, seque ad hoc exerceat, ob id feudo nō priuabitur: quia tex. hic post istas quatuor personas, nō repetit illa uerba, uel concūbere se exercuit: ideo nec tacite subintelligunt. Nam q̄ties differētię causa aliquid in lege exprimit, eius tacita nō fit repetitio, secundum Bal. hic in fi. dicentē, hoc bene esse notandū. Porro uasallus cum sorore domini rem habens, ita demum feudo priuatur, si in domo domini suam habuerit mansionem, ut hic in tex. & in §. rursus. infra. quæ fuit pri. cau. bene. amit. Vbi tex. loquitur de sorore in domo adhuc manente, quę in capillo dicitur, ut ibi inquit tex. Igitur si iam extra domum ac tuitionem fratris constituta, alibi habeat domicilium, uasallus cum ea concūbens, feudo priuandus non uidetur. Est enim grauius delictū, q̄d in domo illius, quē reuereri decuit, perpetrat. Nam & alibi iureconsulus ait, maiorē iniuriā putauit legislator, quod aliqua in domū patris, aut mariti, ausa fuerit adulterū inducere. l. q̄d ait lex. ff. ad le. Iuli. de adul. Et alioqui locus ipse criminis qualitatē

adauget. l. aut facta. § locus. ff. de poen. Postremo omittẽdum non est, uasallum, licet cum nulla præfata persona rem habuerit, sed illicitas & incœstas nuptias contraxerit, feudo priuari. c. unico. uersi. bona contrahentium incœstas nuptias. infra. in Ti. Quę sunt Rega. & per tex. in Autenti. de incœstis, & nefarijs nuptijs, in princi. colla. ij. Vbi talis omnium rerũ suarũ dominio priuatur, & omne id principis ærario assignatur, si filios ex prioribus legitimis nuptijs non habuerit. Quare cum dixerit omnium dominio priuari, nihil exclusit. xix. dist. c. si Romanorum. uersi. dicendo uero omnia. & l. iiij. ff. de offi. pręsidis. Igitur etiã feudo, si quod obtinebat, priuatus censebit̃. Et quanq̃ Pontifex postmodũ super matrimonio dispensaret, hocq̃ ualidum permanere indulgeret, non tamẽ propterea recuperaret̃ feudũ, quod per tales cõtractas nuptias, iam alij fuit apertũ, uel redijt ad cõcedentem, unde erat profectũ: cum talis dispensatio Pontificia, intelligat̃ fieri sine iuris pręiudicio alieni. argu. in c. quamuis. de rescrip. lib. vi. Ita pulchre adstruit Bal. in l. i. uersi. quinquagesimo primo. in secũda lectura. ff. de rer. diui.

§. SIMILITER SI DOMINVM ASSALIERIT, VEL CASTRVM DOMINI, SCIENS, DOMINVM VEL DOMINAM IBI ESSE. ITEM SI FRATREM SVVM OCCIDERIT, VEL NEPOTEM, ID EST, FILIVM FRATRIS.

Vasallus dñm, aut eius arcẽ assiliens: Item fratrẽ suũ propriũ, uel nepotẽ, id est filiũ fratris occidens, feudũ suum amittit.

1. Si in personã domini irruat, aut insultũ faciat uasallus, grauiter delinquere censetur, & ob id feudo priuatur, ut hic in tex. & nihil interest, an pedes, uel equester, in terra, uel in aqua, uasallus in dominũ irruat. Velut si in nauigantem, dolo malo, ac de industria nauem suam impingat: Parui eñ refert, an nauẽ immittendo, an sua manu, damnũ dederit uasallus. argu. l. quẽadmodũ. §. si nauis tua. ff. ad l. Aqui. Similiter si uasallus arcẽ domini assiliat, feudo priuat̃, etiamsi dominus id temporis, ea in arce non existat: Quanq̃ enim hic tex. mentionem faciat de uasallo assiliente castrum, & sciente ibi dominum, uel dominam esse, tamẽ idem iuris obtinet, si id ignoret, modo arcem domini assiliat: quia periurium & infidelitatis notam, & feloniam erga dominum incurrit, damnum possessionibus domini inferens: Nam iurat se domino in suis possessionibus damno

non futurum.

non futurę. c. unico. infra. de for. fide. uersi. utile. Imo & res domini se cōseruaturę, & recuperaturę omni tēpore. c. unico. uersi. & si cōtigerit. infra. de no. for. fide. Quare ad hūc tex. subaudiendū est maxime, secundum Bal. & Aluaro. hic. Pręterea & si uasallus nec dominū, nec arcē eius assiliat, sed uicū, in quo est, per uim aggressus fuerit, feudo priuat. §. porro. infra. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. Quinimo hæc adeo cōuenit a uasallo esse aliena, ut si pręsciuerit alium cōtra dn̄m suum insultū moliri, q̄citius id ei debeat indicare, ut dominus sciēs, prudensq; periculū ualeat declinare. §. pręterea. quę fuit pri. cau. bene. amitten.

2. Vasallus fratrē suum, aut nepotē ex fratre trucidans, feudo priuatur, ut hic. At si fratrē domini perimat, nō ideo beneficiū amittit. c. unico. infra. an ille qui interfe. fra. do. sui, feu. amit. Quod intellige, nisi fratrē domini proditorie occidisset. ut ibidē. Vbi etiam habetur, id obtinere, si hominē quēcunq; proditorie perimat: cum proditiōis nota infamis, in curia domini amplius uersari nō possit, sicq; beneficium perdat. At si germanū suum proprium, etiam nō proditorie interimat, feudo priuabitur, tum ꝓpter criminis atrocitatē, qua frater, abhorrēte natura, ferrum stringit in uiscera fratris, tum ob retundēdam improbā spē, qua de fraternę successionis portione cōcepta, tam immane facinus fratres nonnunq̄ perpetrare cōsueuerunt. Improbæ itaq; cupiditati frenum imposuit ius feudorę, statuens nō solum hunc fratricidam sperata fraterna successiōe destitui, uerę etiam eo feudo, q̄d ipse tenet, priuari: ad agnatum proximiorē deferendo, si paternum fuerit, uel etiam deuoluēdo ad dominū, si personā eius felonia respiciat, ut d. c. unico. an ille, qui inte. fra. do. sui, feu. amit. Queadmodum pręfata obtinent in uasallo perimente suum fratrē, ita etiam in occidēte nepotē suum ex fratre, ut hic in tex. quē Bal. hic dicit magis expresse probare, q̄ alibi reperiatur, filium fratris, nepotem dici. Quod momētum obtinet ad concessiones emphyteuseos, & priuilegiorę, factas alicui pro se & suis nepotibus. Nam si nepotes ex filijs non habuerit, ad nepotes transuersales ex fratre procreatos, tales concessiones porrigentur. Porro quam ob causam uasallus sororē domini, uti supra dictum est, uiolans, feudo priuet, cum tamē eo non priuetur, si fratrem domini occidat, probabiliter quis dubitarit. Ego puto duplicem ob cau

ſam id fieri. Prima, ꝙ atrox iniuria domino irrogetur, cum ſoror in domo eius manens, conſtupratur a uaſallo, qui nec domini præſentiam reueretur, nec pudoris puellæ, quam dn̄s domi ſuæ tuendam ſuſcepit, rationem ullam habet. Quod facinus eo cenſetur indignius, quo & ratione loci & perſonæ minus debuerat attentari. argu. l. quod ait. §. ſufficit. ff. de Adulte. Vbi pater, non ubicū deprehenderit adulterum, occidere permittiť: ſed domi ſuæ, generiue ſui tantum. Cuius illa ratio reddiť, quia maiorē iniuriā putauit legislator, quæ in domo patris, aut mariti facta eſt, ut ibidē. Altera, ꝙ ipſa morte grauior cenſeatur ſtupri illatio. Metus enim ſtupri, bonorꝝ uirorꝝ iudicio, maior, ꝙ̃ mortis eſſe debet, ut teſtať iureconſultus Paulus in l. iſti quidē. ꝟſi. ꝙ ſi dederit. ff. de eo, quod met. cau. Adeo apud priſcos illos Romanos, pudicitiæ ueneratio fuit illibata. Quā & ſemper colendā cenſet optimus Imꝑator Iuſtinia. in l. ſi qua illuſtris. C. ad ſenatuſconſul. Orphicia.

§. AVT SI LIBELLARIO NOMINE, AMPLIVS MEDIETATE IN FEVDVM DEDERIT, AVT PRO PIGNORE PLVS MEDIETATE OBLIGAVERIT, ITA, VT TRANSACTVM PERMITTAT, VEL DOLO HOC EGERIT, AMISSIONE FEVDI MVLCTABITVR. HIS OMNIB. CASIB. FEVDVM AD DOMINVM REVERTITVR.

Alienans per contractum libellarium (qui emphyteuticario non admodum diſſimilis eſt) aut oppignerans plus ꝙ̃ dimidiam feudi partem, ſeu trāſactiōis, aliaue quapiam forma, aut dolo transferēs, feudo toto priuatur. Et hac ſpecie, aliȷ́ſ ſuperius enumeratis cauſis, feudum ad dominum relabitur.

1. Tametſi olim antiquiore iure, uaſalli totum feudū alienare potuerint, & obligare, ex quocun cōtractu, ſine domini uoluntate. c. unico. in prin. quid iuris ſit, ſi poſt alie. feu. uaſal. id recupera. Et poſtea recentiore iure, ipſis indultū fuerit, ut partē feudi dimidiam, irreqſito dn̄o, alienare poſſint, ut hic, & in c. unico. de aliena. feu. in prin. Tamē iure nouiſſimo, & recētiſſimo cautū eſt, ut nulli liceat feudū totū, uel partē aliquā uēdere, uel pignorare, uel q̄cun titulo diſtrahere ſeu alienare, uel pro anima iudicare, ſine ꝑmiſſione illius dn̄i, ad quē feudū ſpectare dinoſciť, ut infra, de prohi. feu. aliena. per Frederi. §. i. & l. i. infra, de prohi feu. ali. per Lotha. Vbi decerniť, nemini licere bn̄ficium feudi, ſine dn̄i ꝑmiſſione, diſtrahere, uel aliq̄d cōmercium exinde facere, aut excogitare, per q̄d imperȷ́, aut dn̄orum minuať utilitas. Per has ultimas ſanctiōes, præ-

ſenti

senti §. & alijs consimilibus derogatur. Proinde si cõtra has Imperatorum cõstitutiones, uasalli alienationes fecerint, siquidẽ totius feudi, totum perdent, si uero partis, partem perdent: sicq; tñ eis adimetur, quantum inualide alienare p̃sumpserint. c. unico. de uasal. qui con. consti. Lotha. regis bene. aliena. Per q̃d etiam præsens §. correctionẽ accipit, qui statuit, quẽ toto feudo priuari, propter inc̃õcessam alienationẽ partis, utputa si fiat ultra dimidiam. Hoc tñ ignorandũ nõ est, q; per pręfatas imperatorum cõstitutiones, nõ prohibeanť uasalli, quo minus & hodie feuda, quæ obtinent, alijs possint infeudare, modo id bona fide, et nõ fraudulẽter fiat. c. similiter. §. profecto. infra. de l. Conra. & tex. expressus, in §. si uero. infra. qualiter olim pote. feu. ali. Quanq; enim prohibeať per Fredericũ Imperatorẽ, ne callidis machinationibus, precio accepto, quasi sub colore inuestituræ, feudũ uendať: tamẽ nõ uetať, quin infeudatio & inuestitura feudi in aliũ fieri possit syncere, ut in d. cõstitutione Frederi. de prohi. feu. aliena. & quæ ibi dicunť. Porro si a uasallo fiat impignoratio, seu hypotheca simplex super re feudali, nõ tradita tamẽ possessione, per hoc nõ censebiť cõstitutionibus cõtrauenisse, secundũ Bal. hic, uolentẽ per talẽ inanẽ, & uerbalẽ hypothecã, nõ pręiudicari uasallo, nisi, ut ipse inq̃t, processum sit ad actum facti, hoc est, ad ipsam rei pignoratæ traditionẽ. Qui etiam inquit, prohibita alienatione, sub pœna, siue per testatorẽ, siue per legẽ municipalem, nunq; per uerbalẽ pignorationem cõmitti pœnam: cum aliud sit promittere, aliud alienare. Quod & Aluarotus hic cõprobat. Item nõ prohibeť uasallus cõmoditates feudi ad tempus uendere, secundũ Bal. et Alua. hic, argumento eorum, quę habenť in l. i. C. si pig. pigno. da. sit. Quod ego concesserim, si hoc fiat ad modicũ tempus: & uasallus ea de causa nõ reddať minus idoneus ad obsequia feudi, & onera imperij sustinẽda. Quid enim, si anticipata aliquot annorum precij solutione, feudi emolumẽta diuenderet, sicq; postmodũ tẽporis successu, annuos prouentus solito more nõ consequens, oneribus feudi sustinendis nõ sufficeret? Certe dixerim in cõstitutiones peccari, cum uasallus nõ solũ prohibeatur distrahere feudum, sed etiam aliquod cõmerciũ excogitare, per quod imperij uel dominorum minuať utilitas, ut in l. i. non procul a fi. infra. de prohi. feu. alie. per Lotha.

2. Vasallus feudum alienans,aut pignorans,aut in alium transferens,sine dñi uoluntate,feudo priuať,ad dñm deuoluẽdo.ut hic in tex.q̃d intellige si feudũ sit nouum. Tunc.n.hoc ad dñm reuerteť.c.unico.inf.de uasal.qui con.cõsti. Lotha. regis. bene. aliena. Et ita intelligendũ est hoc c.& §.ulti.in fi.inf.quę fuit pri.cau. bene.amitten. Alioqui si feudum sit antiquũ, tunc reuertitur ad p̃ximiorẽ agnatũ.inf.de succes.feu.§.hoc quoq̃.

3. Vasallus in dñm delinquens, eo p̃fidię genere,ut superius uisum est,feudo priuať:idq̃ siue fuerit nouũ,siue antiquũ,nõ ad proximos agnatos, sed ad dñm reuertiť: ut hanc saltẽ habeat suę iniurię ultionẽ,ut inq̃t tex.in.§.deniq̃. inf.quę fuit pri.cau. ben. amit. & in.c.unico.inf.an ille,qui interfe.fra.do.sui. Vbi inquit tex. cũ ad dñm respicit felonia,feudum tunc dño aperiť. Si uero nõ in dominum,sed alias grauiter deliquerit, uel graue quid cõmiserit, sicut ille,qui fratrem suum interfecit,uel aliud graue crimen, quod parricidij appellatiõe cõtineť, cõmiserit, feudum amittit: & nõ ad dñm,sed ad proximos pertinet agnatos, si tñ beneficium fuerit paternum.d. §.deniq̃.inf.quę fuit pri.cau.bene.amit. Nam si feudũ fuerit nouum,exclusis oĩbus descendẽtibus, & agnatis uasalli, ad dñm reuerteť.c.unico.inf.si uasal.feu.pri.cui defe. secundum Alua.hic. Deniq̃ illud nõ fuerit ignorandum,in p̃fatis casibus, quibus uidelicet ob delictum feudo cadit uasallus, necessario p̃cedere debere processũ iudiciariũ,& priuatiõis sententiã ferendã esse priusq̃ feudi possessio adimať uasallo. c.i.inf.de feu.sine culpa non amit. secun. Bal.Aluaro.& docto.in c.i.de feu.sine culpa nõ amit.

§. RVRSVS SI FIDELIS MINVS MEDIETATE, LIBELLARIO NOMINE FEVDVM DEDERIT, ET SINE HAEREDE DECESSERIT, ET FEVDVM AD DOMINVM REDIERIT: VEL POSTQVAM AD LIBELLVM DEDERIT, VEL PIGNORI OBLIGAVERIT, ET DOMINO REFVTAVERIT: TVNC ILLE QVI AB EO ACCEPERIT, NVLLO IVRE ADVERSVS DOMINVM SE TVERI POTERIT.

Si feudum a uasallo,per contractum libellarium,aut impignorationem alicui traditum fuerit: idq̃ postea uel morte,uel refutatione tradentis uasalli, domino aperiatur, nullo iure aduersus eum se tueri poterit acceptor.

1. Antiquitus iuxta hunc textum,si feudum libellario aut pignoraticio nomine, alicui a uasallo cõcessum,uel per mortem,uel per refutationem concedentis, ad ipsum dominum redijsset, nullũ ius amplius

amplius retinere poterat ille, cui talis feudi concessio facta fuerat: idq; ea ratione, quod resoluto iure datoris, etiam resoluebatur ius acceptoris. l. lex uectigali. ff. de pig. Verum cum hodie feudum nec pignorari, nec per libellarium contractũ, a uasallo, sine domini uoluntate, alicui cõcedi queat, ut infra. de prohi. feu. alie. per Frede. Nullum ius accipit ex tali traditione feudi: sicq; etiam dici non poterit resolui: nam ab initio talis cõtractus est nullus, utpote lege prohibente factus. Nouissimo enim iure (uti supra dictum est) inhibetur uasallis, ne feuda sua libellario, emphiteutecario, pignoraticio, seu quouis alio contractu, uel excogitato commercio alienent, aut in alios transferant, sine dñorum, ad quos feudũ spectare dinoscitur, uoluntate. ut infra. de prohi. feu. alie. per Lotha. & de pro. feu alie. per Fride. in princi. Et si contra has prohibitiones, uasalli per contractum libellariũ, aut aliis modis illicite alienarint sua feuda, mox ea domino aperiuntur, atq; deuoluũtur ad eundẽ. c. unico. infra. quid iur. si post alie. feu. uasal. id recupe. Quod intellige, secundum distinctionem, factam in §. praecedente, numero ij. Necessaria tamen hac specie fuerit sentẽcia declaratoria, qua scilicet declaretur, uasallum, quia cõtra Lotha. et Frederici cõstitutionem feudum illicite alienauit eo, iure ipso priuatũ, & propterea ad executionẽ, hoc est, ipsam feudalis rei apprehensionem procedendum esse, secundum Bal. in c. i. de feu. sine culpa non amit. dicentem tamen, executionẽ non fore iuri contrariam, si absq; declaratione fiat. de quo per eundẽ in §. callidis. uersi. quærit glos. generaliter. de prohi. feu. alie. per Frede. Attamen duobus in casibus, etiam hodie permittitur uasallo, feudum suum libellario, seu emphiteutecario contractu tenendum concedere. Primus, si uasallus sit de aliquo feudo ea conditione inuestitus, ut ipse, & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant. Nam iste qui sic accepit, poterit id in libellũ dare, uel aliter, ut placuerit, etiã sine uoluntate dñi aliena re. c. unico. infra. de feu. nõ haben. pro. feu. natu. Secũdus, si uasallus in proximum agnatũ, qui alioqui ei succederet, feudum contractu libellario transferret. Nam absq; dñi uoluntate hoc fieri posset. infra. de alie. feu. §. si uero. & §. i. infra. de alie. pater. feu. Insuper extraneo etiã feudũ, libellario contractu per uasallũ cõcedi posse ad tẽpus, hic Aluaro. notauit: idq; ex Iaco. Ardizone sentencia.

Quod accipe ut dixi in §. præcedēte. num. i. non procul a fine.

1. Vasallus feudum suū in præiudicium iuris iam alij quæsiti, domino refutare potest, quo ad hoc, ut aduersus dominum nullo se iure tueri possit is, cui eo in feudo ius quæsitū erat: idq; usu uenit ex ipsa feudi natura, cui a primordio talis inest facultas ex ui, & potentia suæ naturæ, ut ad libitū refutari possit: & adeo quidē libere, ut etiam sine domini uoluntate recte feudū refutetur. c. unico. infra. de uasal. qui con. consti. Lotha. regis, benefi. alie. Alioqui regula re est, ut uoluntate alicuius, mihi beneficium, ius, aut defensio semel quæsita, amplius contraria eius uoluntate auferri non possit. l. si partē fundi. in fi. ff. quēad. ser. amit. & l. si post mortē. in fi. ff. de bono. posses. con. tabu. & l. ulti. ff. de pact. Vbi semel acquisita fideiussori pacti exceptio, ulterius ei inuito extorqueri non potest. Quare accipiens feudū ab aliquo uasallo, debet exploratum habere, cōditionem uasalli talem esse, ut si dño refutatio feudi, a se cōcessi, per eundem fiat, ualida permanere debeat: ita ut nullo iure aduersus dominum se tueri poterit, qui feudum a uasallo accepit, ut hic. Nam qui cum alio cōtrahit, debet esse nō ignarus cōditionis eius. l. qui cum alio. ff. de regu. iur. Verum enimuero si uasallus feudum suum alij per inuestituram concederet, & postmodū dño suo hoc feudū refutaret: quamuis ille, qui inuestiturā eius accepisset, ratam habere refutationem cogeretur, tamen contra uasallū sic feudum a se reuocantē de euictione agere posset. Non enim id uidebatur esse actū, ut temere, & importune, mutato concedentis arbitrio, facta ei inuestitura feudi, per refutationē concedentis adimeretur. Nam si hoc futurum sciuisset hic inuestitus, forsan non suscepisset, & prætermisso hoc feudo, alia fortassis utiliora aggressus fuisset. Adiuuari quippe nos, non decipi beneficio oportet. l. in commodato. §. sicut aūt. in fi. ff. cōmoda. Item si non refutatione uasalli, sed delicti perpetratione, feudū ab hoc inuestito ad dñm traduceretur, etiā contra uasallū, siue eius hæredes, de euictione agi posset, secundū Bal. & Alua. hic. argu. l. penulti. ff. solu. matri. Vbi damna in sedicione perpessa, per eum, eiusue hæredes resartiri debent, cuius culpa, ea sedicio facta fuerit. At si casu quopiam fortuito, aut fato humanæ sortis feudum ab isto inuestito auferri contingeret, euictioni locus non foret. l. si seruus. ff. de euictio. Quia nihil est,

hil'est, quod culpæ uasalli imputari queat. Non enim fortuiti casus humana prouidentia possunt præuideri. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. Nisi periculum casus fortuiti in se uasallus quoque suscepisset. l. in rebus commodatis. ff. commo. & l. si quis fundum. ff. locati. & d. l. quæ fortuitis. Tunc enim æque obligatus esset, si modo talis non contingat fortuitus casus, qui sit de raro contingentibus, & admodum insolitus, ita ut cogitatione complexus nō putetur. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. & l. fistulas. §. ulti. ff. de contrahenda emp. & ibi Bar. & Bal. in l. i. in ij. q. C. deposi. Similiter cum per mortem uasalli ab inuestito feudum aufertur, ac ad dominum redit, locus euictioni non est: quia sciebat inuestitus, aut scire debebat, ius suum tanquam acceptoris, morte uasalli tanquam datoris, resolutum iri, ut in hoc §. & in §. ulti. supra, titu. proximo. Et hoc, nisi expresse de euictione fuisset stipulatus. l. si fundum. C. de euictio. Verum si hic inuestitus ignorasset feudum hoc alienum esse, sed pleno iure ad inuestientem spectare putasset, contra inuestientem ipsiusque hæredes (cum ignorans fuerit) regressum de euictione merito habiturus fuerit. d. l. si fundum. & ibi per Docto. & infra, de inuesti. de re alie. fac. in princip. ut scilicet uel æquiualens feudum, uel pecuniam æquiualenti comparando feudo sufficientem consequat. ut ibi. & in c. uni. infra. si de feu. uasal. ab aliquo interpel. fue.

§. PRAETEREA SI ILLE, AD QVEM FEVDVM PER SVCCESSIONEM IVRE OBVENIRE DEBET, CONSENSERIT EOS INVESTIRE, AD QVOS SECVNDVM RECTVM MOREM NON PERTINET: NVLLO MODO AD EVM REPETENDVM REGRESSVM HABET.

Si is, cui per successionem iure debet feudum deferri, alium remotiorem, de eo inuestiri consentiat, ad illud postea regressum habere non poterit.

1. Si proximior agnatus remotiorem agnatum, de feudo sibi per successionem, iure debito inuestiri consentiat, sicque iuri suo renunciet, cogitur id, quod factum est, ratum habere. ut hic. & §. ulti. infra. si de feu. defun. conten. sit inter do. & agna. uasal. & c. unico. infra. de eo, qui fidē fecit agna. de feu. pater. Regula siquidē est iuris antiqui, omnes licentiā habere, ijs, quæ pro se introducta sunt, renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Simili quoque

modo, si primo genitus minus aptus principatui, aut administratio ni Reipublicæ, petente patre, consentiat fratrem suum secundogenitum de feudo paterno inuestiri, quod factum fuerit, primogenitus post patris mortem non reuocabit, nec ad feudum repetendum regressum habebit. Nam & Esau ius primogenituræ fratri cedens, recipere postmodū non potuit, quod semel cessit. c. ꝙ periculosum. vij. q. i. Dum enim quis alij consentit, ipse iura sua perdit. l. cum quædam. ff. de administ. tuto. Et remittentibus actiones suas, non esse regressum dandum, alibi Vlpianus dixit. l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædili. edic. Imperator quoqꝫ ait, nimis indignū esse iudicamus, quod sua quisqꝫ uoce dilucide protestatus est, id in eūdem casum infirmare, testimonioqꝫ proprio resistere. l. generaliter. in fi. C. de nō nume. pecu. Qua de causa, siue expresse, siue tacite quis alium, de feudo ad se per successionem pertinente, inuestiri cōsentiat, id postea mutato animo infringere nullo modo quiuerit. Nihil autem interest, expresse quis, an tacite cōsentiat. l. fideiussor. §. Pater Serj. ff. de pig. Modo de tacito consensu euidē ter constare possit. Et quanqꝫ consensus probetur per appensionē sigilli, uel per subscriptionem, tamen hoc nō obtinet, si re uera consensus nō interuenit: licet sigillo alicuius fraude conquisito instrumentū sit signatum. Improbum enim hoc commentum nulli proderit, cum re uera consensus non interuenit. l. ij. C. de reb. alie. nō alien. Pari modo, si quis ignoranter subscribat instrumento nō relecto, fidem habens tabellioni, hocqꝫ aliud fuerit, ꝙ consenserit subscriptor, id ei fraudi non erit. l. ulti. C. plus uale. quod agi. ꝙ quod simu. concipi. Cuius est ratio, quia nulla est errantis uoluntas, nullusque consensus. l. cum testamentum. & l. non idcirco. C. de iur. & fac. ignoran. Præterea etiam hic consentire intelligitur secundum glos. qui præsens est, & non contradicit. Sed glos. in Clemen. sæpe. §. ult. de uerbo. sig. in Cle. in uerbo, non contradicentibus. dicit, quod non contradicere sapit medium inter cōsensum & dissensum. Et Panor. in c. nonne. de præsumpt. dicit, quod tacens proprie nō consentit, nec contradicit. Nam & regu. iuris habet: Qui tacet, non utiqꝫ fatet̃, sed tamen uerū est, eum non negare. l. qui tacet. ff. de regu. iur. Sed hæc materia, quando scilicet tacens uideat̃ cōsentire, aut cōtradicere, æquor est ingēs, in quo

miris

miris procellis iactantur, & fluctuant Docto. ut cernere licet per Panor. & Feli. in d. c. nonne. de præsump. & per Iaso. post alios in l. quæ dotis. mihi in xij. colum. uersicu. quarto, & ultimo tractat Bar. ff. de solu. matri. Vbi inter alia dicit, tacentē pręsumi consentire, si pręsens contradicēdo, actū potuit impedire. l. sæpe. quæ et penul. est. ff. de re iudi. & glos. in uerbo, tacuerit. in fi. in c. diaconus. quod & primū est. xxvij. dist. dicit, si tale factū sit, q̃d fieri non potest, me prohibēte, taciturnitas mea habet̃ pro consensu. c. ij. de his, quę fi. a pręla. & d. l. sæpe. Sic alibi tex. ait: Consentire uidet̃, qui nō testificatur dissentire. l. i. C. de filijsfamilias. & cęt. lib. x. Hoc aūt nō est memoratu indignū, illū, quē pudor impedit ad resistendū in pręsentia, nō uideri cōsentire, quanq̃ nō resistat, cū resistere possit. l. penul. ff. de fur. Idē fuerit, si reuerentia pręsentiū nō audeat refragari. arg. l. i. §. quę onerandę. uersi. uel nimia patroni reuerētia. ff. qua. re. actio. nō de. & glos. in c. unusquisq̃. in uerbo, saltā tiū. xxij. q. iiij. expresse adstruit, q̃ taciturnitas, quę fit ob reuerentiam aliquorꝝ, nō pręiudicat. d. l. penul. ff. de fur. Idē esse dixerim, uidelicet, taciturnitatē nemini obesse, quando cōtradictio nō prodesset. c. quando. & ibi glos. xi. q. iij. Deniq̃ in rebus arduis explicandis in collegio, siue cōsilio, omnes debēt expresse consentire, nec sufficit, ut actus explicetur per quosdam, nomine aliorꝝ: licet illi taceant, & nō contradicant. Quia in re onerosa & graui, debet interuenire cōsensus expressus: nec taciturnitas habet̃ pro cōsensu. Hæc sunt uerba Panor. utiq̃ memoriæ cōmendanda, in c. in causis. nō longe a prin. uersi. nota ibi a singulis. de electio. Quæ uerba dicit Iason. in d. l. quæ dotis. in ult. colum. ff. solu. matri. bene notari debere ad multa. Itaq̃ cum agitur de re quapiam magni momenti, debent sigillatim omnes interrogari, & expresse consentire, secundum Panormita. loco superius allegato. Pro cuius confirmatione allegare potuisset l. iij. in. fi. C. de uenden. rebus ciuita. libro undecimo.

§. ITEM SI FVERINT DVO FRATRES, ET VNVS INVESTITVRAM FEVDI ACCEPERIT, SI POSTEA FEVDVM CVM FRATRE DIVISERIT, ET ILLE QVI FEVDI PARTEM ACCEPIT, POSTEA PLVS MEDIETATE VENDIDERIT, ET SINE LEGITIMO HAEREDE DECESSERIT, FEVDVM AD DOMINVM REVERTITVR.

Si fratres feudũ nouũ ea cõditione obtineãt, ut alter alteri succedat, hocq; postea inter se diuidant, & alter suam portionẽ illicite alienet, ea non ad fratrẽ alterꝫ, sed ad dñm reuertetur.

1. Intelligẽdus fuerit hic tex. ut obtineat in feudo nouo, nõ aũt in antiquo. Hoc.n. si alienaret̃, nõ ad dominũ, sed ad proximiorẽ agnatũ reuerteret̃. ut infra. de succes. feu. §. hoc quoq;. ut dixi supra in §. aut si libellario. nume. ij. hoc titu. Secundo, intelligendus est hic tex. ut specialiter cautũ fuerit in inuestitura, fratrẽ in hoc feudo nouo posse fratri succedere. Si.n. hoc cautũ nõ fuisset nominatim, fratri succedere nõ potuisset frater. ut supra. titu. i. §. & quia uidimus. uersi. si aũt. & ibi in numero iij. Sicq; nullam haberet dubitationẽ hic tex. Tercio, intelligẽdus est hic tex. ut obtineat, siue frater ille alienans filios habuerit, siue nõ. Nunq̃ em̃ filij succedunt patri in feudo nouo, quando ob culpam suam eo priuat̃, ut infra. si de feu. defun. conten. sit inter do. & agna. uasal. §. si uasallus culpam. secundũ Alua. hic. & §. ulti. infra. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. In dñm em̃ culpam cõmittit, sine cõsensu eius feudũ alienans, quia dñm cõtemnere uidetur. Igitur ad dñm redit beneficiũ, ut ibidem. Quare cũ dicat hic tex. & sine hęrede legitimo decesserit, subaudiẽdum est, maxime: Quia si etiam relicto hærede decederet, idẽ iuris foret. Quarto, dum tex. hic facit mentionẽ de alienatione feudi ultra partẽ dimidiam, loquit̃ secundũ antiquam consuetudinem. Nam hodie nullam feudi partem sine domini uoluntate uasallus alienare poterit, ut dixi supra. in §. aut si libellario. nume. i. eo. titu. per tex. in §. i. infra. de prohi. feu. alie. per Frede.

2. Vasalli coniunctim de feudo inuestiti, feudũ inter se diuidere possunt, ut hic in tex. & in §. omnes. infra. si de feu. defun. conten. sit inter do. & agna. uasal. Vbi etiã inquit tex. q; si feudũ ex diuisione ad unũ tm̃ puenerit, ille tm̃ faciet fidelitatem. Quod intellige, cũ mortuo patre, nondũ renouato fidelitatis iuramẽto, filij inter se facta diuisiõe, ad unũ tm̃ feudũ puenire cõsentiunt, ut ibi. Ceterꝫ Ducatus, Marchia, & Comitatus hodie diuidi nõ poterint. §. pterea. infra. de prohi. feu. alie. per Frede. Vbi etiã dicit̃, alia feuda, si quis consortes habere uoluerit, diuidi posse, ita ut oẽs qui partem feudi habẽt iam diuisi, uel diuidendi, fidelitatẽ faciant domino. Simili

modo

modo feudũ nõ diuidet, si uel per legẽ municipalẽ, uel per cõsuetudinẽ loci, uel p̃ tenorẽ inuestituræ cautũ sit, hoc diuidi nõ posse. Contractus enim legẽ ex cõuentione accipiũt. l. i. §. si cõueniat. ff. deposi. Posset quoq; lex municipalis, seu cõsuetudo hoc inducere, ut unus tm̃, uel ut primogenitus, exclusis alijs, in feudo succedat, ut dictũ est supra. ti. i. §. & quia. nume. ij. uersi. viij. non obtinet.

3. Si inuestitura cautũ sit, fratrem posse in feudo nouo succedere fratri, hoc intelligẽdum fuerit de successiõe, quæ fit mortuo fratre, non quæ fit fratre delinquẽte, & propter delictum, partẽ suam amittente, ut hic. Hac .n. specie, dñs, nõ frater, succedet fratri. d. §. si uasallus culpã. inf. si de feu. defun. cõ. sit inter do. & agna. uasal. & §. ulti. infra. quę fuit pri. cau. bene. amit. Quanq; eñ dñs feudũ nouum alicui cõcedat, ut cõtra legis feudalis prouisionẽ, frater in eo feudo fratri succedat: sicq; per suam prouisionẽ uideat̃ ius suũ omne, quod prouisione legis cõpetebat, a se abdicasse: cũ prouisio hominis excludat prouisionẽ legis. l. ult. C. de pac. conuen. cum similib. Tamẽ hoc uere censeri non debet, cum non pręsumatur a domino fuisse cogitatum tẽpore inuestituræ, ut etiam frater succederet, quando ob delictum, uel culpam cõmissam, puta illicitam alienationẽ, feudũ uacaret: Igit̃ hoc in inuestitura nõ censebit̃ cõprehensum. argu. l. qui cum tutoribus. §. transactio. & §. fi. & l. cum Aquiliana. ff. de transac. Non. n. præsumit̃ ius suũ tã facile iactasse. l. cũ de indebito. ff. de proba. Et satis benefice actũ fuit cũ uasallo, cui in feudo nouo cõcessum fuit, ut cõtra regulas feudales, hoc ad fratrẽ eius p̃ successionẽ deferri posset. Igit̃ successio ea intelligit̃ p̃missa, q̃ fit feudo uacãte per mortẽ, nõ q̃ fit feudo uacante p̃ culpã, aut delictum, de qua sensisse nõ putandus est inuestituram concedens.

§. ITEM SI QVIS FEVDVM HABVERIT IN CVRTE DOMINI SVI, NON POTERIT IPSVM FEVDVM IN ALIQVA PARTE LIBELLARIO NOMINE ALICVI SINE CONSENSV DOMINI SVI DARE, VEL PIGNORI OBLIGARE. SIMILITER SI EXTRA CVRTEM DETINVERIT, ET DOMINVS DISTRICTVM HABVIT, VEL ALIVM HONOREM. ET SI ALIENAVERIT SINE DOMINI VOLVNTATE, IVRE AD DOMINVM REVERTITVR.

Vasallus habens feudũ in curte dñi, uel extra curtẽ, in eo loco, in quo dominus districtũ, uel alium honorẽ obtinet, feudũ in nulla parte libellario nomine alicui dare, aut pignori alienare poterit, sine domini uoluntate, contra faciens feudo priuatur.

1. Hic tex. secundū priscam consuetudinē intelligendus est. Nam hodie indistincte omnis feudi alienatio, aut impignoratio sine dñi uoluntate fieri prohibetur, ut infra. de prohi. feu. alien. per Frede. & dictum est supra. §. praecedenti. Quando aūt quis feudum habere in curte domini dicatur, hic per And. de Yser. & Aluaro. uideri poterit. Qui cum glos. hic exemplificant, si quis ex aerario dñi certam habeat annuam pecuniae quantitatem, uel ex camera, seu cauena domini certū prouentum frumenti, uini, aut aliarū rerum, feudi nomine habeat, aut, secundum Bal. hic. si ei praedium aliquod, seu quaepiam bonorū portio eo loci fuerit infeudata, quo dñs praediorū omniū generale dominium obtinet: simul & domū dominicalem habet, hoc est, curtim uel curiam, ad quam omnes agricolae & coloni dominici, fructus & prouentus domino obuenientes cōferre, & uelut in horreū, cellamue cōdere cōsueuerūt. de quo per Aluaro. in c. i. in princip. de Capita. qui curiam uendi. Aut denique (ut ego exemplifico) si officiū quodpiam in curia domini assequatur, quod feudū habeat annexum, uelut si dapifer, pincerna, curiae praefectus, seu architriclinus fiat, eo quoque nomine feudū ibidē obtinēs. Porro quae fuerit ratio, cur uasallus feudum habēs in curte domini, uel in eo loco, in quo dominus districtū habet, & honorē, hoc in nulla parte alienare, uel pignorare potuerit, nihil probabiliter a doctorib. in medium profert. Fortassis (si quid coniectura assequi possum) dominus nō omnibus passim huiusmodi feudum cōcedebat: sed illis dūtaxat, quorū spectata fides, uirtus & industria, id promerebat, ut ipsi posterique eorū (in quibus paternarū successio uirtutū speratur) dño propius iuncti essent, & praecipuum quid ultra alios uasallos haberent, uel in ipsa curia, uel in ipso loco districtus, & honoris dominici, honoratius feudi genus cōsecuti. Quare indecens erat, hoc in aliam transferre personam, absque domini uolūtate: cum alioqui iura dicant, illum, cui princeps causam, seu officium, electa personae industria, cōmittit, hoc alij demandare non posse. Quoniam princeps peculiariter personam eius in id functionis genus elegit. c. ulti. de offi. iudi. dele. Quinimo, si inter priuatos hoc specialiter actū sit, ut quispiam suis operis rem aliquā perficiat, nō liberat, si hoc per alium fiat. Eius enī industria specialiter uidetur fuisse electa. Nam inter artifices longa differentia est, & ingenij, &

naturae,

naturæ, & doctrinę, & institutionis. l. inter artifices. ff. de solu. Ita q̄q; si testator alicui legatum faciat, ut domum suis manibus extruat, uel pingat, testatoris uoluntas in ipsius solius personam ea intelligitur cōclusisse, cui & suam munificentiam reliquit. l. unica. §. ne autem hoc. ℣si. quid em̄. C. de cadu. tollen. Horꝝ similitudine nō absurde quis dixerit, etiam hodie uasallum obtinentem feudum in curia domini, hoc non posse alij infeudare, quanquam alioqui in feudatio etiam sit permissa, ut dictum fuit in §. aut si libellario. nu. i. ℣si. hoc tamen ignorandum non est. supra eod. titu. cum domini uolūtas in eius personam, liberosq; ipsius, uelut in paterna q̄q; fide & industria successuros, hoc feudum intelligatur conclusisse, quibus suam munificentiam in loco insigniori, sibiq; magis peculiari, reliquit. arg. d. §. ne aūt hoc. & aliorꝝ iurium paulo ante citatorꝝ. Quod & Aluaro. sentit, quanquam ipse nihil proferat, quo id uerisimiliter probetur.

Episcopum, uel Abbatem, uel Abbatissam, uel dominum plebis, Feudum dare non posse. *Titulus* VI.

ITEM SI EPISCOPVS, VEL ABBAS, VEL ABBATISSA, VEL DOMINVS PLEBIS FEVDVM DEDERIT DE REB. ECCLESIARVM, QVAE EIS SVBIECTAE SVNT, & TITVLI VOCANTVR, NVLLVM HABET VIGOREM, SECVNDVM HOC, QVOD CONSTITVTVM *est à* PAPA VRBANO IN SANCTA SYNODO, HOC EST, ILLVD, QVOD POST EIVS DECRETVM FVERIT DATVM: QVOD AVTEM ANTE DATVM FVERIT FIRMITER PERMANERE DEBET. IDEM IVRIS *est*, SI PRAEPOSITVS, VEL ABBATISSA, VEL ALIA ECCLESIASTICA PERSONA, QVAE ANTIQVITVS NON SIT SOLITA IN FEVDVM DARE: SCILICET VT QVOD DEDERIT, DE IVRE NON VALEAT.

Ecclesiasticis dignitatibus seu beneficijs præditi, si post inhibitionem Vrbani Papæ, res Ecclesiarum suarꝝ in feudum dederint, q̄d actum est, nullum habebit uigorem. Quæ uero ante illam prohibitionē in feudum ab Ecclesijs data fuerint, in suo robore permanebunt. Similiter si ecclesiasticæ personæ, quæ antiquitus nō consueuerunt in feudum dare, quid feudi noīe alicui dederint, iure nō subsistet. Antiquitus, necessario hic intelligitur, q̄d ante Vrbani constitutionis, huiusq; feudalis placiti promulgationem obtinuit, ut uis ipsa uocabuli fateri cogit, & ita in effectu nouæ infeudationes deinceps fieri prohibentur per hunc tex.

1. Possessiones & res ecclesiasticæ, quarꝝ dominium apud Ecclesiam pleno iure existit, amplius de nouo infeudari nō possunt. Quāquam infeudationes factę ante decretum Vrbani Papæ confirmē

tur, & permittanť suam habere continuationẽ in illis ecclesijs, in q bus antiquitus feudorꝝ concedendorꝝ uiguit consuetudo. Cęterũ personæ ecclesiasticę, quę antiquis temporibus feudũ dare non cõsueuerunt, bona ecclesiarꝝ in feudum cõcedere prohibenť. Proinde prelatus, qui antiquitus obtinet ius cõcedendi feudi, si uasallus eius moriať sine quoqꝫ hærede, poterit feudũ ad se reuersum alij libere cõferre, etiamsi iuramẽto sit obstrictus, ut infeudare de nouo non possit, h o. Pontifice inconsulto. c. ult. extra. de feu. Quia non censeť infeudare de nouo, qui feudũ antiquũ, licet ad se reuersum, alicui cõcedit, dummodo illud nõ fuisset iam usibus prelaturæ cõglutinatum & adiunctũ, ut latius per Doct. in §. i. sup. titu. i. & per Claudium Seysel. in specu. feuda. ubi materiã huc pertinentẽ fusissime conglomerat.

§. QVIN ETIAM SI QVIS EO TENORE FEVDVM ACCEPERIT, VT EIVS DESCENDENTES MASCVLI, ET FOEMINAE ILLVD HABERE POSSINT, RELICTO MASCVLO, VLTERIVS FOEMINAE NON ADMITTVNTVR.

Tametsi feudum alicui concedatur, ut eius masculi & fœminæ in eo succedant, non tamen propterea cum masculis succedet fœmina: sed ita demum, si masculus non extet: qui si extet, semel exclusa fœmina, amplius ad feudum non admittetur.

1. Feudum concessum alicui, & descendentibus eius masculis & fœminis, non includit fœminam, ita ut cum masculo possit succedere: Nam ista copula, &, in subiecta specie non cõiungit sensum, sed magis ordinem insinuat: sicqꝫ magis in uim ordinis, quam in uim copulæ posita censetur. Cum enim hæc sit natura feudi, ut existente masculo, fœmina non succedat. §. filia. infra, de succes. feu. Non uidetur inuestituram concedens, per dictionem aliquam copulatiuam, personas in feudi successione, cõiungere uoluisse, quas feudi naturam constat disiunxisse. Quare copula prefata uim suam amittit, & in alium sensum, qui congruere potest subiectæ materiæ, transformatur: sicut & alibi quoqꝫ usuuenire conspicimus, ut copula, &, ordinis habeat denotationem, nempe in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. ubi institutio facta de filio & nepote, intelligitur de nepote nascente post mortem filij. Præsens tamen §. obtinebit in ea successione feudi, quod fuerit simplex, & rectum, & non conditionatum, hoc est, quod non datur ad certum

seruicium

seruiciū. Nam si feudum conditionatum (ut recepto utar uocabu-lo) & ad certum seruicium daretur (de quo in. §. ulti. in fi. infra. de capi. qui curi. uendi.) illudq; per fœminam præstari, aut per alium eius nomine explicari posset, fœmina ipsa uigore talis inuestituræ, in qua suam propriam naturam copula posset retinere, cum masculo simul ad feudi successionem admitteretur, secundum Iaco. de Bel. Bal. & Aluaro. hic. Quia tunc copula, &, uere haberet coniungendi uirtutem. l. Si quis Titio. ff. de usufruc. accres. & l. Titiæ textores. §. nihil refert. ff. de lega. i. Vbi clarus est tex. dicens, nihil refert, utrum ita leget, Titio & Meuio: an ita, Titio cū Meuio. Vtrobiq; enim coniunctim legatum uidetur. In proxima igitur specie, tum propter præsumptam inuestientis uolūtatem, tum propter apertam uerborū significationem, & dictionis copulatiuæ notam proprietatem, fœmina simul cum masculo ad feudi successionē fuerit uocanda.

2. Fœmina semel per existentem masculum a feudi successione exclusa, in perpetuum manet exclusa, nec ulterius ad feudū admittitur, sed hoc ad dominum reuertitur, ut hic in tex. Itaq; masculi obitus, amplius fœminæ patrocinari nō potest. Proinde si Elector imperij arcem mihi concedat in feudū pro me, & descendentibus meis masculis, & fœminis: & post mortem meam, filius meus sine filio masculo decedat, filia mea superstes semel per masculum exclusa, amplius ad feudi huius successionem uenire non poterit, sed ad ipsum principem Electorem relabitur. Quod intelligēdum uidetur, nisi masculus natus, confestim moriatur, secundum glos. hic. Qui enim mox natus de uita decessit, non aliter existimatur, q̄ si nunq̄ natus fuisset, ut est elegans tex. in c. nam & ego. de uerbo. signi. Non enim uidetur fuisse, qui non durauit. arg. l. si pro patre. §. uersum. ff. de in rem uer. & c. ad nostram. de regularib. & arg. c. quanto. cum glos. super uerbo, perdurare. sexagesima tertia dist. Quare masculo ita protinus moriente, fœminam per eius natiuitatem a successione feudi non debere excludi, glossæ, Bal. & Alua. est sententia: idq; in casu huius §. quod ipsi latius hic comprobant. Et refert hic Bal. Innocentiū dicere, q; ille dicat̄ illico decedere, qui decedit, anteq̄ nomen sit ei impositum in baptismo, quod tempus est viij. dierū: ut inquit Inno. secundū eum. in d. c. nam & ego. Hoc

idem Aluaro. quoq; refert. Sed meus Inno. hoc ita non dicit: sed ait, textū ibi uelle dicere, quia ita cito mortuus est, scilicet frater Solomonis, ut nec etiam nomē ei impositum fuerit, nec natus uideat.

6. MVTVS FEVDVM RETINERE NON POTEST, SCILICET QVI NVLLO MODO LOQVITVR: SED SI FEVDVM FVERIT MAGNVM, QVO EI ABLATO, SE EXHIBERE NON VALEAT, TANTVM EI RELINQVI DEBET, VNDE SE SVSTINERE POSSIT. ET HIS OMNIBVS CASIBVS FEVDVM AMITTITVR, & AD DOMINVM REVERTITVR.

Mutus feudum non retinet. Verum si hoc ablato, sustentari non poterit, suppeditandum est ei, ex feudo, si magnū fuerit, unde se possit exhibere.

1. Hic §. secundum geminam feudi qualitatem, duplicemq; muti speciem, interpretationem recipit, ut ex his, quæ sequuntur uidere licet. Primo igitur omnium, si quis ex materno prodeat utero, qui in reliquam omnem uitam perpetuo sit mutus, feudum paternum retinere non poterit, nec succedere in eodem. c. unico. uersi. quidam tamen dicunt. infra, an mutus uel ali. imper. feu. reti. & ita hic tex. etiam intelligi poterit. Quanq; enim uideatur hoc uitiū ab ipsa inditum natura, ei non futurum fraudi: nec alioqui incusandum fore, quod natura produxit. argu. l. maximum uitium. uersi. qui enim tales. C. de libe. prǽte. & exhære. & l. penul. in prin. C. de legi. hære. Tamen quia causæ propter quas feuda obtinentur, in hoc muto nato prorsus euanescunt, ita ut ad feudi seruicia, & obsequia inutilis sit: non mirū si causa cessante, ipse quoq; cesset effectus. c. cū cessante. de appella. sicq; a feudo, cui utilis nō est, arceat. Quum in omnibus caussis id obseruetur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat. l. in omnibus caussis id obseruatur. ff. de regul. iuris. Hæc intellige ut hic tex. dicit, si ita sit mutus, ut nullo modo loquatur. Mutus em̄ is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur. §. itē surdus. Insti. quib. non est permis. fa. testa. Verum enimuero, si casu quopiam, aliquis loquendi facultatē amittat, (sǽpe em̄ morbus superueniens, & uocē aufert, & aures concludit. l. discretis. C. qui testa face. pos.) & ita postmodū mutus fiat, feudo paterno nō destituetur. d. c. unico. infra. an mut. uel ali. imper. feu. reti. in prin. Cuius diuersitatis ratio illa esse poterit, q; mutus natus, omnino, totoq; uitæ tempore, seruicia feudo cōsentanea prǽstare nequeat. At mutus ex superueniente aliqua calamitate, non solū ante eam, dño

fuit u-

fuit utilis, sed etiam in posterum utcunq; utilis esse poterit. Nihil enim hunc prohibet meditari, considerare, & pro tuendo domino operam suam impendere: maxime si literarum peritus, consilia, meditationesq; suas exarare, & in scripturam redigere queat. arg. d.l. discretis. C. qui testa. facere pos. Posset quoq; euentanea hac profligata pernicie pristinam loquendi facultatẽ recuperare. Praeterea hic mutus casualis & fortuitus, duplici uinculo feudi possessionem sibi obstrictam habet, uidelicet parentũ prouidentia, & iure proprio. Paternum.n. feudum & antiquũ solidius in eo est radicatum, q̃ & ex successione parentũ, & ex propria possessione stabilius in eo coaluit. Quare nõ mirũ, si cum hoc aliter, atq; cũ muto nato agat, cum alioqui uideamus aliter agi cũ his, qui duplici nitunt̃ iure, q̃ cum illis, qui uno solo nitunt̃, ut in Auten. de consanguineis, & uterinis fratribus. nõ procul a fi. colla. vi. Quę dicta sunt, obtinent, si fortuito q̃piam casu aliquis mutus fiat, nõ aũt si culpa sua: ueluti si ob maledicentiam, aut blasphemiã, dictante cõsuetudine, aut lege municipali, lingua ei pręscinderet̃, sicq; in eo puniret̃, in quo deliquit, iuxta c. ult. de immu. eccle. &. c. literas de tempo. ordinan. et c. pastoralis. de iure patro. & l. si fugitiui. & ibi glos. in uerbo, amputato. C. de ser. fugi. ubi serui fugitiui ad Barbaros trãseuntes, pede amputato, debilitant̃, & ita in eo puniunt̃, in quo deliquerũt. Nam uasallus p culpam suã, hoc pacto, mutus effectus feudum q̃uis paternũ non retineret. Sui.n. facti nomine poenam meruit. ut alio fine dixit Iurecõsultus in l. si cõmunis familia. ff. de noxa. acti. Et poenã quam ex suo delicto sustinuit, sibi imputabit. arg. l. qui proprio. §. procurator. ꝟsi. poenam aũt. ff. de procura. dispendiumq; tale, non ex lege sed ex facto suo proueniens, lugebit. l. si quis in testamẽto. in fi. C. de fideicom. liberta. Porro si fortuita quapiã calamitate, princeps aut comes, aliusue eius cõditionis, mutus, furiosus, demens aut prodigus fiat, nõ propterea à principatu, comitatu, aut simili dignitate remouebit̃, sed ei dabit̃ curator, cuius opera, muti, furiosi, aut prodigi corpus, ac salus, nec nõ principatus & patrimoniũ defendet̃. c. grandi. de supplen. negli. pla. lib. vi. iuncta l. cõsilio. ff. de cura. fur. dan. Quia cum p successionẽ, principatus aut ditio, ei fuerit delata, non priuabit̃ illis, uita comite, sed dabit̃ ei curator, secundum glos in d. c. grandi. in ꝟbo, regis. Et ibi

tex. in fi. luculenter probat, q̃ principi prodigo nõ sit adimendus principatus, sed curator dandus: per cuius sollicitudinẽ & prouidentiã, principi, & principatui consulat̃. Idẽ de furioso est iudiciũ. Nam qui furere cœpit, & statũ, & dignitatẽ in qua fuit, & magistratũ, & potestatẽ uidet̃ retinere, sicut rei suæ dominiũ retinet. Ita inq̃t Vlpia. in l. qui furere. ff. de sta. homi. Dabit̃ itaq; furioso curator, similiter & prodigo, donec uel hic sanos mores, uel ille sanitatem receperit. Et quanq̃ filio, si tñ probus sit, patris furiosi curatio permittat̃: nõ tñ patris prodigi curationẽ filius habebit. l. i. ff. de cura. furio. Cęterũ si regis, aut principis alicuius filius primogenitus nascat̃ mutus, aut demens, patri in regno, aut principatu nõ succedet, sed ad secundogenitũ successio deferet̃: etiamsi cõsuetudine, uel lege municipali expresse cautũ esset, primogenitũ patri succedere debere. Nã hoc fuerit intelligendũ, si primogenitus sit idoneus. l. ut gradatim. §. i. ff. de muner ib. & hono. Vbi tex. Etsi lege municipali caueat̃, ut p̃ferant̃ in honoribus certę conditionis hoĩes, attamen sciendum est, hoc esse obseruandum, si idonei sint. Quod & Bal. probat, in §. i. infra. de succes. feu. in fine.

2. Si uero obtinens feudũ nouũ, casu quopiam superueniẽte mutus fiat, feudum retinere nõ poterit. & ita etiam huic tex. locus erit. Videtur enim tacite actũ esse in feudo nouo, ut ita demũ hoc uasallus habeat, si iuxta illius exigentiã dño seruire poterit. Quare si mutus fiat, inutilis ad feudi obsequia reddit̃. Non eñ minima pars obsequiorũ, & seruiciorũ uasalli in loquela consistit, ut cernere licet in c. unico. infra. de no. for. fide. Igitur ęquũ est, ut quod officij causa dat̃, id deficiẽte officio, ad dñm redeat. arg. l. in omnibus causis id obseruat̃. ff. de regu. iuris: cũ nullo maiorũ iure hic uasallus nitatur, nec dñs intuitu obsequiorũ a parẽtibus pręstitorũ, huic ita sit addictus. Quare cõstat aliam in feudo nouo, q̃ in antiquo esse rationẽ, ut paulo ante dictum est. Pręfata locũ uendicãt in feudo simplici, & recto. Si enim esset feudũ, ut uocant, conditionatũ, ac ratione certi & specifici cuiusdã p̃standi seruicij cõcessum, quod per aliũ obiri, & explicari posset, mutus effectus ob id feudũ nouũ non perderet. Multo magis si feudũ sit franchũ. de q̃ infra. de succes. feu. §. i. nume. ij. in fi. Item si sit feudũ nõ habens propriã feudi naturam, & nõ pręstita fidelitate datũ, uel tale, cuius ratione nullũ seruicium pręstat̃: aut si in remuneratione magni alicuius obsequij sit concessum, ita ut reuocari nõ possit, ueluti si quis feudũ accepisset ab eo,

quē a latrūculis, uel hostibus captū, eripuit. Hoc em̄ uidet̄ a muto facto nō reuocandū, cū sit loco mercedis laboris eximij cōstitutū. arg. l. si pater. §. ulti. ff. de dona. Similiter si feudū nouū a principio datū fuisset muto, hoc postea reuocari nō posset. Dn̄s em̄ sciēs prudensq; illi gratiam fecisse uidetur, quam eo prætextu, quod mutus sit, postea non reuocabit. secundum Bal. & Alua. hic.

3. Cum alicui muto legitime feudū adimit̄: is q; , hoc ablato, non habeat cōmodam uitę sustētationē, tm̄ ex eo feudo, si magnū sit, cōsequet̄, quantū ei ad uitę sustētationē sufficiat, ut hic in tex. Quare ita demū ex feudo mutus alimenta habebit, si non suppetant aliunde. Et tūc pręstabunt̄ pro modo facultatis feudi, secundū ordinē & dignitatē uasalli. l. si qs a liberis. §. sed si filius. ff. de libe. agnoscen. & l. sed & si qd. §. sufficiēter. ff. de usufru. Nā secundū qualitatē psonę, alicuius necessitatibus est prouidēdum. c. grandi. circa fi. de sup plē. negli. pla. li. vi. Et ita interdū prouidendū, ut qs cōpetens habeat solatiū una cum familia sua. l. si cū dotē. §. si autē in seruissimo. ff. solu. matri. In subiecta igit̄ materia pro feudi qualitate, simul & cōditione uasalli, alimēta fuerint ul' laxius, ul' restrictius suppeditāda.

De natura Feudi, *Titulus* VII.

NATVRA FEVDI HAEC EST, VT SI PRINCEPS INVESTIERIT CAPITANEOS SVOS DE ALIQVO FEVDO, NON POTEST EOS DEVESTIRE SINE CVLPA, ID EST, MARCHIONES, ET COMITES, ET IPSOS, QVI PROPRIE HODIE APPELLANTVR CAPITANEI. IDEM EST, SI INVESTITVRA SIT FACTA A CAPITANEIS, ET MAIORIBVS VALVASORIBVS, QVI PROPRIE HODIE CAPITANEI APPELLANTVR. SI VERO FACTA FVERIT A MINORIBVS, VEL MINIMIS VALVASORIBVS, ALIVD EST. TVNC ENIM POSSVNT DEVESTIRI, NON HABITA RATIONE CVLPAE: NISI FECERINT HOSTEM ROMAE. TVNC ENIM IDEM EST IN MINIMIS, QVOD IN MAIORIBVS VALVASORIBVS. VEL NISI EMERINT FEVDVM. TVNC ENIM PRECIVM RESTITVENDVM EST, SECVNDVM ANTIQVVM, ET RATIONABILEM VSVM. MODERNI AVTEM NON ITA SVBTILITER CERNENTES, DICVNT IDEM OBSERVANDVM IN MINIMIS, QVOD DICTVM EST IN MAIORIB. *Valuasorib.*

Queādmodū princeps nō potest uasallos suos, duces, marchiones, comites, & barones, feudo sine culpa priuare, ita nec alij dn̄i inferiores. Tametsi em̄ antiqtus inter maiores & minores ualuasores fuerit differētia, q̄ ad feudi auferendi facultatē, tn̄ ea distinctiōis subtilitate reiecta, tā in minimis, q̄ in maiorib. idē iuris hodie obtinet, ut scz uasal. suis, nisi culpa exigēte, feuda adimere nō possint.

1. Nullus uasallus beneficium suum sine cognita culpa amittit, ut hic in prin. & in c. i. in prin. infra. de feu. sine culpa non amit. &

in c.ulti. infra.quo tē.miles inuesti.pete. de. Vbi sancitur,ut nemi ni militi possessio sui beneficij adimatur, nisi cōuicta culpa,quę sit laudāda per iudicium parium suorų.De hac materia latius differu imus in §.ulti.supra. de his,qui feu.da.possunt.

2. Subtilitatem nimiam & captiosam rejciūt legislatores, ut hic in fine. Legibus quippe amica est simplicitas. §. cæterum.uersi. & hæc quidē.Insti.de legi.agna.succes. Et Imperatori in legibus magis simplicitas,q̃ difficultas placet.§.sed quia stipulatio.Insti.de fi deicōmis. hęre. Subtilitates quoq; a iudicibus nō admittentur.l.si cut in re corporali.§.si debitori.ff. quib.mo.pig. uel hypothe.sol. Et omissa subtili ratione,aliud cōcluditur a Iureconsulto. l. ita uulneratus.in fine.ff. ad l. Aquili. Et stricta ratio, quæ propter publicam utilitatē seruat, nonnunq̃ omitti solet, ueluti in ambiguis religionum quęstionibus.Nam summa est ratio, quę pro religione facit.l. sunt personæ.in fi. ff. de reli. & sump. fune. Et cum de bona fide agitur, nō congruit de apicibus iuris disputare. l. si fideiussor. §.quædam.ff. man. Iudex igit̃ æquitatē ante oculos habere debet. l.quod si Ephesi.in fi.ff.de eo. quod cer. lo. Boni enim & innocentis uiri officio eum fungi oportet.l. cæterę.ff. fami.hercis. Prętereadum nimia utimur circa sensus subtilitate,iudicia testantiū aliquando defraudant̃. l. si quis hęredē.C.de insti. & substi.Et propter nimiam subtilitatē uerborų, latitudo uoluntatis contrahentiū impeditur. l. unica. in fi.C. ut actio. ab hære.& contra hę.incipi. Non raro etiam accidit, ut dū nimia subtilitate utimur, ipsa subtilitas ad perniciē conuertat̃.l. penul. in prin. C. ad senatus. Trebel. Porro sunt nonnulli,qui dū se existimari hebetes nolunt,sæpe in quibusdā inquisitionibus,plus q̃ necesse est,exercētes,ex nimia subtilitate fallunt̃. c. hinc etenim. uersi.sed sunt nōnulli. xlix. dist. Quę dicta sunt,de captiosa,ꝑtinaci,ac ꝑniciosa subtilitate accipi debent,deq; ea,quę nō sensum,sed uana nominū uocabula amplecti desiderat. l.ij.nō procul a fi. C.de cōsti. pecu. Non de illa, qua uti nos decet ad inuestigādos legū intellectus,& ad eligendā ex opinionum uarietate sentenciam ueriorem. Variantibus siquidem opinionibus, illam amplectemur sentenciam, quæ meliori, & subtiliori nititur ratione. c. capellanus. circa fi. de ferijs. Hinc inquit Hostien. in c. dilecti filij.in §. i.de iudi.quando agit̃ de intellectu iurium,non est ꝑfunctorie trāseundū:imo subtilitates ratiōabiles approbamus.

Allegat.d. c. capellanus. & c. ij.§.si quid ergo. in uerbo, subtiliter intuenti. de transla. episco. Aliquando etiam exemplo Pontificis, subtiliter fuerit distinguendum.c. cum Marthe. §.distinguendum est tamen subtiliter. de celebra.missa. Hoc genere subtilitatis utentes, merito sunt laudandi: Quemadmodum a Iustiniano cōmendatus fuit Papinianus: quem acutissimi ingenij uirū, & merito ante alios excellentem appellauit.l.cum acutissimi.in princi.C. de fidei commis. Et alibi uirum prudentissimum dixit. l. cum uirum. C. eo. ti. Postremo ut iam sunt mores, non facile elabetur, quod Imperator statuit, uidelicet aurum a barbaris subtili ingenio esse auferendum.l.secunda. C. de com.& merca. Hæc tametsi a feudorum exorbitent materia, tamen occasione per tex. oblata, cùm alioqui cognitu sint digna, non piguit annotare.

De successione Feudi *Titulus* VIII.

SEQVITVR DE SVCCESSIONE FEVDI VIDERE. SI QVIS IGITVR DECESSERIT, FILIIS, ET FILIABVS SVPERSTITIBVS, SVCCEDVNT TANTVM FILII AEQVALITER, VEL NEPOTES EX FILIO, LOCO SVI PATRIS, NVLLA ORDINATIONE DEFVNCTI IN FEVDO MANENTE, VEL VALENTE.

Filij uasalli æqualiter, exclusis filiabus, aut nepotes ex filio, in feudo succedunt, non obstante ulla ordinatione, aut dispositione ultimæ uoluntatis per testatorem facta, quæ in feudo nullum obtinet commentum.

1. Filij uasalli æqualiter in feudo succedunt. ut hic. & in §.& quia uidimus. supra. titu. pri. Similiter nepotes ex filio uasalli mortuo, cum superstitibus filijs ipsius uasalli, in feudo succedent. Hi enim nepotes surrogati in locum patris sui, una cum patruis, ad præfatū feudum admittentur: fietq; successio in stirpes, non autem in capita. Nam obseruabitur in successione feudi id, quod ius ciuile dispo nit. in §.cum filius. Insti. de hęredi. quę ab intest. deferun. & in Auten. cessante. C. de legi. hæredi. Cum enim nepotes cum patruis sui s ad successionem aui perueniunt, utiq; in stirpes succedent, ut ibidem. Quod etiam obtinet, cū uasallus decedit, fratribus, & alterius fratris filijs relictis. Nam cū patruis nepotes succedent patruo in stirpes. c.i.§. his uero. & ibi Aluaro. in ulti. quęsti. infra. de gra. succe. in feu. Idē iuris esse contendūt, si agat de successiōe agnati collateralis, ueluti si tres sint fratres de uno feudo inuestiti: & primus

decedat relicto filio uno: secundus, quatuor relictis filijs: tertius uero frater sine liberis moriatur, hi fratrum filij in feudo sui patrui ultimo defuncti, in stirpes, & non in capita succedent, secundum crebriorem (ut aiunt) conclusionem Doct. post gloss. uerbi, in stirpem. in d. Auten. cessante. Quæ habet, nepotes præfatos (quandoquidem in patris locum surrogantur) non in capita, sed in stirpes uocari: sicq; tantam assequi debere portionem, quantam eorum pater, si in humanis esset, secundum Cy. & Ange. ibidem. Qui etiam testatur, ea plerumq; obseruari, siue, ut ipse inquit, communiter practicari. Bartholus quoq; & Alex. densaq; aliorum caterua, huic opiniōi uarijs in locis nomina cōiurata præbuere. Quorum censoria uirgula tam stupefactus fuit & attonitus Ange. Areti. ut palam fateatur, quamuis contrariam opinionem de iure existimet ueriorem, se tamen a priore non ausum esse discedere, propter immensam Bar. & aliorum autoritatem. ut ipse hoc latius prosequitur in d. §. cum filius. insti. de hæredi. quæ ab intesta. defe. Quibus etiam conspirat Bal. responsum in consilio suo ccix. incipien. ad euidentiam. in iij. parte, secundum uolumen meum. Vbi consuluit, cum ex duobus fratribus supersint filij, & horū patruus decedat sine liberis, istos nepotes transuersales p̄fato suo patruo in stirpes successuros, cum per repræsentationem patris sui ueniant. Itaq; non desunt Aristarchi, qui ab hac crebriore opinione nequaq; recedendum esse putent. arg. l. unicæ. ff. de offi. quæsto. uersi. & sane crebrior apud ueteres opinio est. Verum enimuero, si modo cedere deceat umbratica ueris, diuersam amplecti sententiam, nō fuerit (ut dici solet) Apollinis barbam uellicare. Equidem id satis conuincitur ex tex. in §. sed & ipsis. in Auten. de hæredi. ab intesta. per dictionem, tunc, ibi expressam, luculenter indicantem, diuersum fore, quando fratrum filij nō cum proprijs thijs, hoc est patruis uocarentur, ut in specie subiecta. Certe nusq; clare deciditur contrarium, uidelicet fratrum filios in stirpes patruo succedere debere. Itaque ueteris iuris obseruatio manebit incolumis & illibata, quę dictat, oēs transuersales eiusdē gradus, ad successionē in capita uocari. C. de legi. hęredi. l. lege xij. tabularę. & l. ij. §. hæreditas. ff. de suis & legi. hęre. Porro negamus fratrū filios hac specie patris perso-

persona niti. Nam suopte successionis iure suffulti, non quidem ex patris, sed ex propria sua persona uocantur. Quare cum pari gradu, defunctum contingant patruum, pari quoque iure, hoc est, in capita succedent eidem. Quanquam enim sint impares numero, pares sunt tamē sanguinis uinculo. Quot igitur nepotū capita, tot etiam hæreditariæ portiones. Iniquissimū enim esset, si pari gradu coniunctæ, sed multiplicatæ soboli, naturalis successionis cōmodum adimeretur, data illis prærogatiua, qui nō gradu cōiunctiores, sed numero essent pauciores: quum alioqui per rerum naturam, inter pares non cadat quid pręcipuum, sed pares merito pari debeant iure censeri. Diuersa autem est ratio, quoties nepotes cum patruis uocantur ad patrui successionem: nam cum gradus cōiunctione a patruis superentur, & mediante paternæ repręsentationis beneficio, ad successionem patrui, cōstitutionis indulto, admittantur. d. §. sed & ipsis. Non mirum, si tunc nequeant plus consequi, ꝙ habiturus fuisset pater, cuius innixi personæ, una cum patruis admittuntur. At in superiore specie, non ulla patris repręsentatione, sed iuris sui base, ac robore fulciti, & ęqualiter defuncto cōiuncti, æqualem quoque in capita merentur successionem. Iam uero si interpretum suffragijs res sit expendenda magis, ꝙ iudicio, non desunt, qui & meę sentencię calculū adijciant, inprimis Azo, in Summa. item & Dynus, ut constare potest ex uerbis Cyni in d. Auten. cessante. & Iacobus Butrigarij. Baldus quoq;, & si aliquādo aliter cōsuluerit, tamen in d. Auten. cessante. palinodiam canit, dicens, Azonis sentenciam sibi iam uideri magis consonam literæ & naturæ. Quod & Salycetus ibidem comprobat. & Angelus Aretinus. ubi supra dicit se credere, hanc opinionem de iure esse ueriorem. Quanquam homo pauidus uacillet, uelut attonitus tantorum autoritate Catonum. Quasi uero autoritas ulla interpretis, aut glossatoris lucem obstruere ueritati possit. Vides itaque & partibus a nostris classicos stare, quibus ego fretus, in consessu magnatum hanc defendi sentenciam.

2. Vasallus per testamentū, seu ultimā uoluntatē quippiā de feudo disponere aut ordinare prohibetꝰ: quia naturā et ꝑprietatē feudi immutare non potest, ꝙ & dn̄i uolūtate, & consuetudinis autoritate

certo quodā illibatoq; ordine, ad posteros defertur, ut hic. Adeo ut ne pro anima quidem hoc legare possit uasallus, ut §. donare. infra. qualiter olim pote. feu. alie. & de pro. feudi alienatiōe per Fridericum. uersicu. uel pro anima iudicare. & Baldus in consilio suo centesimo septuagesimo, incipiente: Ad euidentiam prępmittendū est. in secunda parte inquit, uasallum de rebus feudalibus testamētum facere non posse, nec etiam legata relinquere. Quod tamen intelligendū dicit, nisi cōsuetudo loci id fieri permittat. Quandoquidem consuetudo specialis loci derogat consuetudini feudorum generali: cū, ut regula iuris dictat, generi per speciē deroget. Adducit pręterea pro huius cōfirmatione tex. in l. uenditor. §. si constat. ff. communia prędiorꝝ. Qui tex. in subiecta materia bene cōgruit. Nam ibi probatur, consuetudinē posse pręiudicare iuri priuati. Et ita in proposito, consuetudo permittēs uasallo licētiam testandi de feudo, quanq; in pręiudiciū successorꝝ, nihilominus ualida censet. Idē Baldus in cōsilio ducentesimo septuagesimo quinto, in secunda parte, cōsuluit, prouincię cōsuetudinē efficere posse, ut quis de feudo & testamentum, & legata facere, illudq; in successorē quemcunq; transmittere possit. Consuetudo em̄ tanti est roboris, & momenti, ut etiam in feudis regalibus, quo ad successionē, derogare possit cōmunibus placitis feudorꝝ, ut §. ult. infra. de alie. feu. Quanto igitur potius in minoribus feudis, ius succedēdi poterit immutare: Quare si loci consuetudo permittat de feudis testari, standum fuerit cōsuetudini, ceu legis uicem obtinenti. argu. l. fi. C. de testa. Aluarotus quoq; hic recitat, per legē municipalē statui posse, ut uasallus in ultima uolūtate de feudo disponendi habeat facultatē, ita uidelicet, ut alter filiorꝝ suorum, duabus feudi partibus, alter tercia potiat̄. Et per legē municipalē cōcedi posse de feudis testandi facultatē, Bal. hic. asserit. circa fi. uersi. quęro utrū per statutū. Praeterea si feudū fuerit franchū, hoc est liberū, uasallo libera testādi facultas de eo competet, cum sit liberꝝ & gratiosum, secundū Ias. in p̄ludijs feudorꝝ, in antepenul. colū. uersi. nota aliū singularē effectū. Idem dixit Bal. in Auten. nisi rogati. C. ad senatusc. Trebel. uersi. extra nota. ubi etiā dicit, feudū franchū esse, quod est liberꝝ ex pacto, uel ex cōsuetudine. Et Oldra. consi. ccxxxiiij. dixit feudum franchum intelligi omni libertate liberum, & ab omni seruitute liberatum & absolutū.

absolutum. Sed uidendus est Iason in loco præallegato, Doctorũ sententias cumulans, quibus declaratur, quid sit hoc genus feudi, quod franchum appellamus.

§. HOC QVOQVE OBSERVATVR, VT SI FRATER MEVS ALIENAVERIT PARTEM SVAM FEVDI: VEL FECERIT INVESTIRI FILIAM SVAM, SI MORIATVR SINE HAEREDE MASCVLO, NIHILOMINVS REVERTITVR AD ME. ET OLIM OBSERVABATVR VSQVE AD QVARTVM GRADVM TANTVM: SECVNDVM QVOSDAM. HOC IDEO, QVIA POSTEA NON VOCATVR FEVDVM PATERNVM. ALII AVTEM DICVNT VSQVE AD SEPTIMVM GRADVM.

Vasallo partem feudi alienanti, aut de ea curanti filiam suam inuestiri, & sine filio morienti succedit frater, aut eo deficiente, proximi agnati, ad septimum usq; gradum.

1. Intelligendus fuerit hic tex. de feudo paterno, seu antiquo, non autem de nouo. Item accipiendus de alienatione licita, quam, secundum uetustiorem usum, licite faciebat uasallus usq; ad dimidiam feudi partem, ut dictũ fuit supra. in §. aut si libellario. quib. mo. feu. amit. Sed hodie oĩs alienationis species uasallo interdicta est, per constitutionẽ Lotha. & Frede. Nisi dñi p̃uiosiat cõsensu, ut infra. de p̃hi. feu. alie. per Frede. & de p̃hi. feu. alie. per Lotha. Verũ tã etsi uasallus, dñi fultus licentia, feudum alienet, filio tñ eius reuocandi permittit̃ facultas, preciũ nihilominus restituenti: idq; superstite alienatore patre, exclusis omnibus agnatis. §. Titius filios. infra. si de feu. defun. conten. sit, inter do. & uasal. secundũ Aluaro. in §. fi. conclu. xxv. quę fuit pri. cau. benefi. amit. Nec hic locũ uendicat lex. quę a patre. C. de resti. mili. cum inquit, ea, quę a patre geruntur, non decet a filijs in irritum reuocari, cum feudorũ usibus aliud sit receptum. Quanq; enim Romanarũ legum nõ uisis sit autoritas: non adeo tamen uim suam extendunt, ut usum uincant, aut mores feudorum. c. unico. infra. de feu. cogni. Licet non tam filius in subiecta specie, q̃ cõsuetudo ipsa feudorũ, factum patris alienantis in irritũ reuocet. Et quia maiorũ prouidentia, ipsaq; feudi natura hac specie ius illæsum filijs conseruat, merito factum patris filios nõ cõstringet. argu. l. si arrogator. circa fi. ff. de adop. Eis enim ex pacto maiorumq; contractu adeo feudum antiquũ debetur, ut domini feudi, uel uiuente patre, quodammodo esse uideantur. At si pater non adhibito domini consensu feudum alienet,

eicꝙ filius alijs in bonis sit hæres, alienationem a patre factam nõ reuocabit. Quum enim quodammodo una sit persona, filij hæredis, & patris, qui in eum hæreditatem transmisit, in Autentico. de iure iu. a mo. præsti. in princi. col. v. feudi alienati dispendium, non secus, atcꝙ pater ipse alienans, ferat necesse est. Culpa siquidẽ alienantis tancꝙ hæres descendens peculiaris censetur affectus, proinde ad successionẽ feudi, quod pater, cui succedit, illicite alienauit, plane redditur indignus. §. si uasallus culpã. infra, si de feu. defun. conten. sit inter do. & agnatos uasal. Nam hæredem factum defuncti, ex quo lucrum capit, præstare, iuris est peruulgati. l. cum a matre. C. de rei uendi. & l. si ab eo. C. de nego. gest. & l. uxor. C. de bonis auto. iudi. possi. & regula iuris. ff. ex qua inquit persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. Hac itacꝙ specie exclusis filijs, agnati feudum reuocabunt. secundum Alua. in d. §. fi. conclu. xxv. infra, quæ fuit pri. cau. benefi. amit. Veruntamen, si patri, qui sic feudũ alienauit, filius non succedat, nulla exceptione, quominus paternum feudũ alienatum repetat, arceri poterit, idcꝙ cæteris agnatis exclusis. arg. d. l. cum a matre. ut hæc latius tractantur in d. §. Titius. & in c. unico. infra. an agna. uel fil. defun. & cæt. & per Alua hic. & in d. §. fi. in xxvi. conclu. infra, quæ fuit pri. cau. benefi. amit.

2. Vasallus filios non habens, si a domino filiam suam de feudo inuestiri curet, id quod gestum est, donec superfit uasallus, nempe filiæ pater, iure quidem subsistet, Sed patre ab humanis migrante, proximi agnati, ad quos eius successio pertinet, talem inuestiturã poterint reuocare, ut hic in tex. & in d. §. Titius. & per Doctor. utrobicꝙ. Feudum siquidẽ paternũ etiam domini uoluntate adimi non poterit agnatis, nec in uasalli filiam confirmari, nõ consentiẽtibus eisdem. c. i. in prin. infra, de alie. feu. pa. Et hæc obtinent in feudo paterno. Noui enim feudi, & ad dominum morte possessoris relapsuri, libera filię concessio fieri poterit. c. unico. infra, quem ad. feu. ad fili. perti. Prętata ꝗcꝙ accipi debẽt, nisi cõsuetudo aut lex municipalis aliud dictaret: queadmodũ Bal. hic cõmemorat obtinere in regno Apulię. Vbi nõ existẽte hęrede masculo, ad successionẽ regni etiã fœmina uocaĩ. Porro si feudũ alienet uasallus, dñi accedẽte cõsensu, durãte qdẽ uita alienantis, momentũ obtinebit alienatio: fructuscꝙ suos interim emptor aut possessor faciet, ed post

mortem alienantis, quod actũ est, etiam nullo refuso precio, reuocabunt agnati. d. §. Titius filios. si de feu. conten. sit inter do. & agna. uasal. Cæterũ si absq; domini licentia feudũ alienasset, nõ expectata morte alienãtis, sed in continenti feudũ per agnatos reuocari posset. Domini quippe nõ adhibita uolũtate, alienatio nullum rite exordiũ capere potuit. Itaq; nõ tam reuocať, q̃ suopte uitio protinus corruit, quod inaniter factũ est. Quare cõfestim per illicitã alienationẽ, feudũ ad agnatos deuoluiť, modo id sit antiquũ. Est eñ post glos. hic crebrior doctorũ sentẽcia, uidelicet Andreę de Yser. Iaco. de Bel. Nico. de Nea. Bal. & Alua. Feudũ antiquũ sine consensu dñi alienatũ, ad agnatos, & non ad dñm deuolui. Licet §. ultimus infra, quæ fuit pri. cau. bene. amit. & §. callidis. infra, de prohibita feu. alie. per Frede. expresse refragari uideantur. Sed intelligunt plęrunq; doctores, ut utrobiq; statuatur de alienatione feudi noui, aut etiam feudi paterni, cũ scilicet non supersint agnati transuersales, sed solum extent descendentes, quos culpa alienantis peculiarius afficit, sicq; ad feudi successionẽ reddit indignos. §. si uasallus culpam. infra, si de feu. defun. conten. sit inter do. & agna. uasal. Quod intellige, ut paulo ante dictũ est. Et dicit Bal. hic præfatam opinionẽ esse ęquam. Et in consi. cclxxvi. in quinta parte, secundũ uolumẽ meũ, testatur, eam multum, ut ipse inquit, esse rationabilem. Nam cũ in agnatos nón descendat culpa alienantis (nullam enim causam habent ab eo) nec pœna descendet in eosdem. l. sancimus. C. de pœnis. Sed ibi concludendo asserit contrariũ, dicens, de consuetudine feudorũ esse uerius, ut etiam agnatis pręiudicet: sicq; feudũ ad dñm, quẽ contẽpsit alienans, relabať. §. ulti. quę fuit pri. cau. bene. amit. Vbi in fine dicitur, si uasallus contra constitutionẽ bonę memorię Lotharij Imperatoris beneficiũ alienaueˊrit: quia dñm contẽnere uideť, ad dñm beneficiũ pertineat. Et in d. §. callidis, diciť: Venditor & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint cõtraxisse, feudũ amittant, & ad dñm libere reuertatur. Per quæ iura Petrus de Cer. probat, feudũ pręfato casu ad dominũ reuerti. Sed difficile fuerit a contraria opinione, tot interpretũ ueterũ roborata suffragijs recedere. Quãdoquidẽ minime sunt mutanda, quę interpretationẽ certã semper habuerũt. l. minime. ff. de legi. Et crebrior apud ueteres opinio merito est p̃ferenda. l. uni

ea. uersi. & sane crebrior apud ueteres opinio est. ff. de offi. quęsto. Quæ & probari uidet in §. sed etiam. uersicu. tunc enim rescissa in uestitura. infra, per quos fiat inuestitura, & per quos recipia. Maxime quod tex. ille, post leges tam Lotharij, quam Friderici emanarit, quũ illarum faciat mentionẽ. Et adeo quidẽ alienati paterni feudi repetitio cõpetit agnatis, ut etiam proximioribus, qui uiuũt, in alienationẽ consentientibus, descendẽtes eorum, siue iam nati, siue nasciturі, ea, quæ facta sunt, retractare, feudumque paternũ, sic alienatum reposcere nihilominus queant, si post mortem cõsentientium, feudum aliquando eisdẽ aperiri cõtingat, secundũ And. de Yser. argu. l. cũ pater. §. libertis. ff. de lega. ij. & l. placet. in fi. ff. de libe. & posthu. & l. qui in utero. ff. de statu homi. Sed apertius probat per tex. in c. i. in prin. in uersi. quandoque sit reuersurum, de alie. pater. feu. secundum Alua. Videt quoque hos agnatos, pscriptionis exceptiõe submoueri nõ posse. argu. l. ubi lex inhibet. & quæ ibi habent per glos. & docto. ff. de usucapi. & l. alienationis uerbũ. ff. de uerbo. sig. Nisi tales agnatos, alienationẽ cõstet tacite uel expresse ratã habuisse. De quo latius in d. §. Titius filios.

3. Agnati usque ad quartum, uel septimum gradũ antiquitus ad collateralium in feudo successionẽ uocabantur, ut hic. Sed hodie succedunt in infinitũ, si in descẽdentes a primordiali acquirẽte feudũ fuerit transmissum. De quo latius diximus in §. hoc quoque. supra, qui feu. da. possunt.

4. Differentiam inter feudum paternũ & antiquum esse, ex fine huius tex. non obscure colligit. Paternũ eñ dicit, qd quarto gradu circũcluditur, quam personę quinque cõprehenduntur, suis nominibus insignes, scilicet, pater, auus, proauus, abauus, atauus. Vltra hunc gradum quartum, feudum nõ paternũ, sed antiquũ, pprie nuncupat, ut hic in tex. Huius cognitio momentũ obtinet ad inuestigandũ effectũ illius cõcessionis, quę de feudo alicui facta est, ut sci. id teneat tanquam feudũ paternũ. Nã talis inuestitura ultra quartũ gradum nõ porrigẽda uideret. Quare expedit, ut in instrumento ipsius inuestiturę inserat, cõcessionẽ fieri, ut teneat iure paterni & antiqui feudi, uel tanquam feudũ paternũ, & antiquũ, ut oĩs dubitatiõis scrupulus in posterum eximat. Quod Bal. hic, dicit memorię cõmendandũ.

§. FILIA VERO NON SVCCEDIT IN FEVDO, NISI INVESTITVRA FVERIT FACTA IN PATRE, VT FILII ET FILIÆ SVCCEDANT IN FEV

DVM (TVNC ENIM SVCCEDIT FILIA, FILIIS NON EXTANTIBVS) VEL NISI INVESTITAE FVERINT DE HOC FEVDO PATERNO.

Patri filia in feudo non succedit, nisi ea lege inuestitura sit concessa, ut tā filij, q̃ filiæ succedere possint. Et hac specie ita demū ad successionē feudi admittenť, si filij nulli tēpore paterni obitus supsint, uel nisi de feudo paterno filię p dñm a nouo fuerint inuestitę.

1. Quemadmodū fœminæ regulariter a feudoꝝ successionibus arcenť, ut hic, & in §. quin etiā. supra, epis. uel abba. feu. da. nō pos. & in c. unico. infra, de natu. succes. feu. Ita etiam filij, & ex ea descendentes prohibentur. c. unico. infra, de succes. fra. uel gra. succe. in feu.. Vbi tex. proles fœminei sexus, uel ex fœmineo sexu descendēs ad eiusmodi successionē aspirare non potest. Quod tñ non obtinet, si eo pacto feudū sit acquisitū, ut etiam fœminę succedāt, ut ibidem, & in c. unico. infra, de feu. March. in fi. ubi inquit tex. per pactū filię succedunt. Item non obtinet, si eius conditionis sit feudū, ut in eo fœmina possit succedere, utputa, quia feudū sit fœmineū. Tunc eñ succedit filia. d. c. unico. de succes. fra. uel gra. succe. in feu. & in c. unico. infra, de natu. succes. feu. Per quē tex. infertur, in feudo fœmineo habente initiū a matre, succedere filiā fœminam, etiam si hoc speciali pacto nō cautū sit in inuestitura. Tāetsi nōnulli arbitrati fuerint, filiam in tali feudo, nisi specifice pactū fuerit, nō successuram. De prędicta materia latius disseruimus in §. hoc autē. supra, qui feu. da. possunt.

2. Quamuis inuestitura feudi filios & filias ad feudi successionē uocet, nō adiecta clausula, masculis nō extātibus, tamē fœminę in feudo nō succedent, nisi posteaq̃ masculi nulli superfuerint. Præfatam enim clausulam (etiam si non inferať) tacite subintelligendā esse, rei, de qua agiť, natura exposcit. Constat eñ feudi esse naturam, ut locus fœminę in successione, donec masculus superest, patere nō possit. unico. infra, de eo, qui sibi, uel hære. suis mascu. & fœmi. inuesti. acce. secundū Bal. hic. Quare per inuestituram prędicatā ad paterni feudi successionē filia uocabiť, si uel tēpore mortis paternę, filius nullus extet, uel subito post mortem patris de medio sublatus existat: quasi tūc nec fuisse uideať, secundū glos. hic in ẏbo, nō extātib. Quod latius tractauimus in d. §. qn etiā. supra, epis. uel abba. & cęt. Et dicit hic Bal. Si masculi qdem extitissent, sed mox decessissent, fœminas ex iuris benignitate ad successionē uocari. Nec enim fratres, cum sibi non prosint, sororibus obfutu-

ros.argu.l.ŋ.§.item uarus. uerſi. quanq̃.ff. de aqua plu.arcen.

3. Fœmina ſuccedit in feudo paterno, ſi de eo per dñm fuerit inueſtita, ut hic. quod intellige de feudo ad dñm libere reuerſo, cuius inueſtitura fœminę per dñm cõcedi poteſt, cum id ex mera liberalitate pendeat concedentis. c. unico. infra, quẽad. feu. ad filiã perti.

§. IN ALIO VERO FEVDO, QVOD HABVIT INITIVM TANTVM A FRATRIB. NON SVCCEDIT VNVS ALTERI, SIVE VNA INVESTITVRA, SIVE DVAB. INVESTITVRIS: NISI HOC FVERIT DICTVM EXPRESSIM, VT ALTER ALTERI SVCCEDAT.

In feudo nouo, quod exordium cepit a fratribus, alter alteri non ſuccedit, niſi hoc inueſtitura cautum ſit expreſſe, ut alter ad alterius ſucceſſionem uocetur.

1. Frater nõ ſuccedit fratri in feudo nouo, niſi expreſſim id inueſtitura permittat, ut hic. Qua hoc permittẽte, ita demũ ſuccedet frater decedẽti fratri, ſi nullos ex ſe deſcendẽtes reliquerit. Illis eñ extãtibus, in ſucceſſiõe feudi locus fratri nõ erit, ſecundum glos. hic, per textũ. in c. ſi duo fratres. infra, de feudo March.

2. Quanq̃ feudo nouo fratribus ſimul conceſſo, alterius decedentis portio alteri ſuperſtiti non accreſcat, niſi aliud expreſſe cautũ exiſtat, ut hic in tex. tamẽ id nõ uidet̃ obtinere in emphyteuſi duobus fratribus cõceſſa. Nam multorꝫ iudicio, fratris morientis pars ad ſuperſtitẽ fratrem, etiamſi hoc emphyteutico nõ contineatur inſtrumento, deuoluet̃. arg. l. idẽ erit. in fi. cum duab. legib. ſequentib. ff. de aſſignan. liber. Qui tex. nõ inepte cõgruũt ſpeciei ſubiectæ, dũ probant, liberto duobus aſſignato, unius repudiantis uel nõ exiſtentis portionẽ non redire in familiam: ſed ei potius acreſcere, in cuius perſona durat aſſignatio. Bal. quoq; hic ait, principis inueſtitura ita cauente: concedimus uobis, Petro & Ioan. fratribus, & cuilibet ueſtrum, talem arcẽ in feudum rectum, & nobile altero decedente, apud alterꝫ ſuperſtitem, arcẽ totam futuram, quaſi ea cuilibet in ſolidum data fuiſſe uideatur. argu. l. creditor. §. duobus. ff. manda. Quod & Aluaro. hic comprobat.

Qui ſucceſſores teneantur. Titulus. IX.

SI QVIS INVESTITVS FVERIT DE ALIENO FEVDO POST MORTEM EIVS: VEL SI QVIS FVERIT INVESTITVS SVB CONDITIONE ALIQVA, VEL TEMPORE, *Quo* NVLLVS ERAT INVESTITVS, *ſiue præmoriatur tenens* FEVDVM, *ſiue inueſtitor, ſiue inueſtitus, inueſtitor, & inueſtitoris hæredes tenentur inueſtito, uel hæredibus eius, ueniente tempore, uel conditione: licet alij dicant, ſi moriatur inueſtitus, antequam tenens* FEVDVM, *uel ante conditio*

conditionem existentem, uel ante tempus, quod hæredes eius non debeant inuestiri. Nam *si quis fuerit inuestitus pure de alieno* FEVDO, *non ualet habita inuestitura.* Hoc *ita est, nisi fuerit facta ab aliqua Ecclesiastica persona. Tunc enim si præmoriatur inuestitor, ante quàm feudum tenens, uel conditio, uel tempus existat, non obligatur successor illius.* Et *hoc probatur per legem Lotharij, de precarijs.* ET HOC INTELLIGENDVM IN VASALLIS, QVI FEVDI SVCCESSIONEM NON HABENT.

Si quis inuestiatur de feudo alieno, hoc tenore, ut post mortem possessoris id habeat: aut si in diẽ, uel sub conditione inuestiatur, siue præmori contingat inuestitorem, siue inuestitum, siue feudi possessorem, inuestitor, siue eius hæredes, adueniente die, uel conditiõe existente, feudi possessionem tradere inuestito, ueramq; & propriam inuestituram feudi præstare tenentur. Quanq̃ nonnulli intelligant hęc fieri non oportere, si inuestitus, priusq̃ dies cesserit, aut conditio euenerit, pręmoriatur. Quod tamen nõ recipitur. Si uero inuestitura de feudo alieno facta sit pure, uiribus non subsistit. Verum enimuero si ecclesiastica persona de feudo alieno in diem, uel sub conditione inuestituram concedat, & ecclesiasticus inuestitor, priusquam feudum possidens moriatur, aut anteq̃ conditio, diesue extiterit, ab hoc seculo migret, successor eius, prælibatæ inuestituræ causa, neutiq̃ obligatus existet. Quæ dicta sunt, obtinent, cum inuestitura de eo conceditur feudo, cuius possessorẽ cõstat nullos post se relicturũ in feudo successores.

1\. Tam ecclesiasticus, q̃ prophanus de feudo per alium possesso inuestituram concedere potest, eo tenore, ut post mortem possessoris, hoc pertineat ad inuestitum, ut hic in tex. Pure tamen fieri prohibetur, nisi cõsentiente feudi possessore fiat, ipsaq; rei feudalis possessio in inuestitum transferatur, ut in c. unico. qui succes. feu. da. tene. & §. præterea. supra, quib. mo. feu. amit. Porro si prophanus prælibatam feudi nondum aperti inuestituram faciat, aut in diem, uel sub conditione concedat: nihil refert, uiuente domino, & inuestito, an mortuo utroque, feudum aperiatur, diesue, aut conditio extet. Nam & hæres inuestientis, loco defuncti, ad traditionem uacantis feudi arctabitur: & hæres inuestiti in locum sui autoris surrogabitur: sicque res, quæ prædecessorũ contentione incepta fuit, per successores & hæredes recipiet cõplementum, ut hic. Nam una quodãmodo est persona hęredis, & eius, qui in eũ trans

misit hęreditatē. in Auten. de iureiurando a morien. pręſti. in prin-ci. col. v. Et Impator ueteris iuris altercationes decidēs, generaliter ſanxit, oēm ſtipulationē, ſiue in dando, ſiue in faciendo, ſiue mix-ta ex dando & faciendo inueniaẽ, & ad hæredes, & cōtra hæredes tranſmitti, ſiue ſpecialis hęredū fiat mētio, ſiue nō. Cur eñ quod in principalibus pſonis iuſtū eſt, nō ad hęredes, & aduerſus eos tranſ mittatẽ? ut hęc habenẽ in l. ueteris iuris. & l. ulti. C. de contra. & cō mit. ſtipu. Cęterꝫ ſi quis prophanus, facta inueſtitura de ſeudo nō uacante, tēporis progreſſu, bonis cōfiſcatis, de crimine condemne tur, fiſcū non obligari, feudo poſtea aperto ad eius traditionē inue ſtito faciendam, Bal. & Alua. hic adſtruūt. Quaſi hac ſpecie fiſcus magis plato ſucceſſori (quē inueſtitura pdeceſſoris nō obligari cō-ſtat) ęquipareẽ. Eliciūt ad hoc argu. ex l. qtiens. in fi. ff. de nouatio. & delegatio. & l. ulti. ff. de duob. re. ſtipu. & promit.

2. Inueſtitura de ſeudo nondum aperto per eccleſiaſticū pręlatū facta, ſucceſſorē nō cōſtringit, ſi uiuente inueſtitore, feudum aper-tum nō fuerit, cū pręſentiū duntaxat rerꝫ, nō etiā poſt mortē ſuam gerendarꝫ adminiſtrationē, uita comite habeat platus, ut latius diſ ſeruimus in d. c. unico. ſupra, qui ſucceſ. feu. da. tenean. Vbi de materia huius tituli plenius pertractatur.

3. Ita demū, ſiue laicus, ſiue clericus inueſtiturā feudi ab alio poſ ſeſſi cōcedere poterit, ſi nullos ſupeſſe cōſtiterit, ad quos hoc feudū iure ſucceſſiōis merito puenire debeat, ut hic in tex. & in c. ij. in fi. infra, de feu. dato in uicē legis cōmiſ. reproban. & in c. moribus. infra, ſi de feu. defun. con. ſit inter do. & agna. uaſal. Nā ſi extarent hęredes, qbus ius ſuccedēdi in eo ſeudo cōpeteret, dñs in eorꝫ præ iudiciū, aliquē de feudo pręfato inueſtire non poſſet. c. i. in prin. de alie. feu. pater. Vt hæc omnia prolixius tractauimus in d. c. uni-co. ſupra, qui ſucceſ. feu. da. tenean.

De contentione inter dominum & fidelem de Inueſtitura Feudi. Titulus X.

SI CONTENTIO FVERIT INTER DOMINVM & FIDELEM, DE INVESTITVRA FEVDI, PER PARES CVRIAE DIRIMATVR. ALII ENIM TESTES, ETSI IDONEI SINT, ADMITTENDI NON SVNT. INOPIA TAMEN PROBATIONVM DIRIMATVR PER RELIGIONEM CLIENTVLI POSSESSORIS FEVDI, VEL CVM DVODECIM SACRAMENTALIB. SECVNDVM *Quoſdam. Cæterum ſi dominus poſſideat, etiam per ſuum iuſiurandum, cum duodecim ſacramentalibus dirimatur. Hoc ita, niſi clientulus ſit Caſtaldus, uel actor Domini. Tunc enim tantum ſuæ, id eſt, Domini religioni ſtatur: niſi habeat teſtes pares idoneos. Nam aliquando, malignando, multa bona auferuntur Domino, hoc modo. Et hoc colligitur per legem, quæ eſt in titulo, de acquiſitione actorum regis in Lombarda.* IDEM DICENDVM EST DE GVARDIA.

Exorta contentio inter dominũ & uasallũ de inuestitura feudi, ita ut hic afferat, se de feudo quopiam esse inuestitũ, & propterea possessionẽ eius, uelut sibi debitam, petat, ille uero id neget, & renuat: per curiæ pares & nõ per testes alios dirimet. Inopia tamen probationũ, iureiurando uasalli possessoris, uel religione xij. sacramentalium lis sopiet. At si dñs sit possessor, eius iuramẽto cũ duodecim sacramentalibus cõtrouersia finiet: nisi uasallus sit castaldus uel actor dñi. Hac em̃ specie, solius dñi sacramẽto standũ fuerit: nisi per testes idoneos castaldus, siue actor de iure suo probare queat. Idem iuris de eo, qui guardiæ feudũ obtinet.

1. Cum inter dominum & uasallũ de noua inuestitura, facta sit, nec ne, disceptatur, eam per curię pares factam esse, probabit uasallus, ut hic. & in c. unico. in princi. infra, qui testes sint neces. ad no. inuesti. proban. Hoc obtinet, cũ inuestitura fit ab eo dño, qui pares & uasallos habet. Alioq em̃ inuestitura noua ab eo, cui nulli sunt pares, facta, p̧ q̃slibet testes idoneos, aut per publicũ instrumentũ probari posset. §. si aũt inuestitura. infra, quid sit inuesti. Similiter antiqua inuestitura, hoc est, quę de ueteri beneficio fit a dño successore, uel quę fit uasallo successori, per extraneos, exceptis fœminis, p̧bari poterit. d. c. unico. in fi. infra, qui test. sint neces. ad no. inuesti. pro. Porro cũ pares curię inter dñm & uasallũ mota de feudo cõtrouersia, iudices esse debeãt. c. unico. in prin. infra, de cõtro. feu. apud pares termi. & §. penul. infra, de p̧hi. feu. alie. per Frede. dubitari poterit, q̃ pacto pares testimoniũ de facta inuestitura proferre possint, cũ neminẽ duplici officio & iudicis & testis fungi concedat. argu. l. a q̃. §. tẽpestiuũ. ff. ad senatuscon. Trebel. Iudicẽ q̧ppe id seq oportet, quod ex fide eorꝝ, quę per alios probabunt, eũ sequi cõueniat. l. illicitas. §. u̇itãs. ff. de offi. p̃si. Sed ignorandum nõ est, hęc esse accipiẽda, cũ tãtus suppetit pariũ numerus, ut ex illis & gestę rei testes, & cõtrouersię etiã iudices haberi possint. Quare si tam pauci essent pares, ut numerus, illos quos testes esse cõueniat, non egrediat, necessario testimonio se integros reseruabũt, iudicis officium alijs relicturi: cum facilior iudicum, q̃ testium sit copia: nisi eiusmodi sit cõtrouersia, cuius probationẽ p̧ extraneos testes, corã paribus curiæ, ut iudicibus fieri posse euidenter constet. Si uero ambiguum sit, an per alios rei ueritas probari possit, quanq̃ natura

n ęgocij extraneorꝫ probationē admittat, pares curiæ, quibus testibus res gesta fuit, iudicis officium non usurpabunt: necessario se testimoniorum usui reseruantes, secundum mentem Iaco. de Bel. Nico. de Nea. & Bal. hic.

2. Si inuestitura noua per curiæ pares probari nō possit, & uasallus in possessione feudi existat, iureiurando uasalli, inuestituram factam esse probabit, ut hic in tex. Quod intellige secundū Aluaro. si per annum unum, sciente domino, & non contradicente, in feudi possessione fuisset. Tum eñ suo solo iuramento præfatam inuestituram probare posset, ut §. ulti. in fi. si de inuesti. inter. do. & uasal. lis oria. & ita intelligendū est primū dictū huius tex. Si autē uasallus annali spacio in feudi possessione nō fuisset, cum xij. sacramētalibus possessionē suā tueri deberet. & ita intelligendū est secundū dictum huius tex. De qua materia latius in §. fi. infra, de cōsue. recti feu. & in §. ulti. infra, si de inuesti. inter do. & uasal. lis oria. & in §. cum aūt. supra, si de inuesti. feu. contro. fue. Sacramētales aūt isti, sunt testes purgatores, quibus uasallus suspicionem cōtra se ortam purgabit. Iurabit siquidem primo, se possessionē feudi absq; inuestitura non occupasse. Deinde hi purgatores sacramentales iurabunt se credere, eū uerꝫ iurasse, secundū Doctores. in d. §. ulti. infra, si de inuesti. inter do. & uasal. lis oriať. & secundū Andre. de Yser. hic. arg. c. quoties. & c. ulti. de purga. canoni. Iurabūt itaq; de credulitate. Nam iniquū est assertiue & præcise de alieno facto alium iurare. l. Marcellus. ff. de act. rer. amota. Ex p̄fatis liquet, propter probationis inopiam, iurisiurandi remediū adhiberi. Cum eñ inuestitura per curiæ pares ꝓbari neqt, res decidiť per iusiurandū possessoris. ut in hoc tex. & in §. si aūt inuestitura. infra, qd sit inuesti. Ita & Impator ait, in bonæ fidei cōtractibus, nec nō etiā in alijs cæteris causis, inopia probationū per iudicē iureiurando causa cognita, res decidi oportet. l. in bonę fidei. C. de reb. credi. & iureiuran. Canonicū q̄q; est, ob ꝓbationis inopiā, et difficultatē, etiā eorꝫ admitti testimonia, que alioq̄ iure essent respuēda, ut patet in l. penul. C. de hęreti. & Manichę. in fi. Vbi ne ꝓbationis facultas angustet, ꝑmittunť testimonia hęreticorꝫ, sup his, quę in ultimis elogijs uel in contractibus consistunt, ꝓpter utilitatē necessarij usus. Similiter inopia probationis, admittitur testimonium domesticorum & familiarium. secundum Panormi. in c. ultimo, uersicu. sed quia supra dixi, de his, quæ ui, metusue cau. fi. argu. l. consen-

su. uersi. seruis scilicet, uel ancillis. C. de repudi. Vbi si nō alia adsint documenta, seruorū & ancillarum testimonia recipiunť. Quoniam, ut ait tex. non facile, quę domi gerūtur, per alienos poterint resciri. Prædictis etiam congruit c. ueniens. ij. in fine. extra, de testi. Vbi canonici admittuntur ad testimonij fidem, super his, quæ acta sunt in conuentu capitulari: quia ea, quæ in capitulo aguntur, non facile possunt, nisi per canonicos ipsos probari, ut ibi dicit tex. Prææterea ꝙ uasallo possidenti sacramentum deferatur, ut hic. & in §. si uero fuerit. supra, si de inuesti. feu. contro. fuerit. multarum intuitu rationum fieri dinoscitur. Primo, fauore possessionis corporalis, quę pręsumptionē pro uasallo parit: cum alioqui iura dictēt, meliorē esse conditionem possidentis. l. i. ff. de Saluia. interdic. & l. si debitor. ff. de pigno. Secundo, quia fauorabiliores sunt rei, ꝙ̃ actores. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. Tertio, quia procliuiores sumus ad absoluendum, ꝙ̃ ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de obli. & acti. Postremo, quia actore non probante, reus absoluiť. l. qui accusare. C. de æden. Est em̄ uasallus in subiecta specie reus, ut pote qui a domino impetatur, asserente feudum hoc, quod possidet, ad se pertinere.

3. Si inter dominum & uasallum contentio excitetur de inuestitura, quam sibi de feudo factam esse asserit uasallus, & dn̄s in petiti feudi possessione existat, per eius iusiurandū, cum xij. sacramentalibus lis dirimetur, ut hic in tex. Qui sacramentales per iuramentū credulitatis & cōscientię confirmabūt ita se rē habere, ut dn̄s iurauit, uidelicet, de eo feudo inuestituram factam nō esse. Et intellige hūc tex. subaudiēdo, si iusta aliqua causa, aut p̄sumptio uasallū iuuet, & dn̄i fidem suspectam reddat. Alias autem possidente domino, & uasallo in probatiōe deficiente, nullo præstito iureiurando, dn̄s absolueť. §. ulti. infra, de cōsue. recti feu. Verum enimuero, si hic uasallus sit castaldus, uel actor dn̄i, qui inuestiturā sibi de feudo factam contendit, solius domini sacramento, nō adhibitis sacramētalibus, standū fuerit, nisi per curiæ pares castaldus ꝓbare posset, se feudi inuestiturā accepisse, ut in hoc tex. Equidē, si huic castaldo, seu actori (cui res dominicæ defendendæ ac conseruandæ traduntur) etiam in possessione existenti, probatio intentionis suę per iusiurandum permitteretur, fenestra maliciæ profecto aperiretur, dareturque occasio, ut res inuasas, & re uera ad dominū per-

tinentes, periurio sibi constabilire posset, & confirmare. Quapropter optima ratione hoc hominum genus, legitimæ probationis onus constringit: omni sublata uia, per quam raptores impune suã exerceant auariciam: ut alio fine dixit tex. in §. quia tamen. Insti. ui bono. rap. De hac materia latius dictum est in c. unico, supra. de feudo guardiæ, & castal.

De pignori dato Feudo, quid iuris sit. Titulus XI.

SIMILITER SI QVIS VOLVERIT D CERE, DE PIGNORE SIBI DATO SE INVESTITVM ESSE, NON CREDATVR SVO IVRAMENTO, SED TESTIBVS IDONEIS, PARIBVS DOMVS VEL CVRIAE.

Teste Aluaro. hic merito non fuerit nouus titulus. Nam materia huius c. dependet a præcedentibus. tex. enĩ continuando præcedentia in effectu ita dicit: Quemadmodum non statur sacramẽto castaldi, uel actoris, se de feudo, quod obtinet, inuestitum fuisse asseuerantis, etiamsi in possessione eius fuerit, ita similiter non statũ creditori possidẽti pignus, & iureiurando asserenti, se de eo, tanq̃ de feudo inuestituram accepisse. Sed necessarium erit, hoc testibus idoneis, uidelicet domus, aut curiæ paribus comprobare.

1. Creditor, qui a dño feudi pignus accepit, si de eo se esse inuestitum contendat, non iureiurando suo, sed curię paribus, hoc probare compellitur, etiam si in pignoratæ rei possessione per annum fuisset, ut in hoc tex. secundum Iaco. de Bel. Possessio enim quamuis annalis, ei non suffragabitur, cũ non iure feudi, sed iure pignoris possidere inceperit, secundum Aluaro. hic. Nec repugnat huic c. §. similiter. supra. si de inuesti. feu. controuer. fue. Vbi domino onus probãdi incumbit, se in pignus dedisse rẽ eam, de qua inuestituram factam asserit aduersarius. Nam ille tex. obtinet, quando plane incognitum est, an res ea, de qua agitur, unq̃ a domino in pignus data fuerit. Hic aũt §. intelligitur, cum in confesso quidem est, rem primo fuisse pignoris nomine traditã, sed postea eam, iure feudi acceptã esse contendit. Hac enĩ specie ꝓbandi necessitas hoc asserentẽ cõstringit, ut hęc latius dicta sunt in dicto §. similiter. nisi pignus xxx. annos feudi noĩe possedisset. c. ul. infra. de usu Medi.

§. INSVPER SCIENDVM EST, FEVDVM GVARDIAE, ET CASTALDIAE, QVACVNQVE HORA VVLT AVFERRI POSSE A DOMINO, SCILICET POST ANNVM.

Feudum guardiæ uel castaldiæ, anno finito, quacunq; hora, per dominum poterit auferri.

Feudum

1. Feudum datum cum præfinitione certi temporis, effluxo tempore, mox per dominum auferri poterit, ut hic in tex. Nam tempus limitatum & præfixum, sua extremitate & periodo finitur. l. quarta. ff. de condi. & demon. & l. in illa stipulatione, si calendis. ff. de verbo. obliga. Proinde finito tempore, autoritate propria feudum uasallo adimi poterit. Et si uasallus domino, paranti arcem feudalẽ ingredi, fores siue ostia præcludat, dominus ea sua autoritate aperire poterit, secundum Bal. hic, allegantẽ Innocen. in c. i. de immunita. eccle. ubi inquit Innocen. si aliquis ecclesiam iniuste intraret, tunc habens iurisditionem, aut ius in ecclesia, quasi prælatus, uel possessionem tantum, posset uiolenter rumpere domum ecclesiæ, & inde uiolentum expellere. c. olim. i. de resti. spolia. Ea ratione, quia cuiq; licet possessionem suam defendere. d. c. olim. Hæc Bal. latius extendit, uidelicet, ut etiam coloni, emphyteutæ, & alij, quorum iura temporis lapsu sunt finita, possint modo præfato expelli. Quod memoriæ commendandum dicit.

De contentione inter me & dominum, de portione Feudi fratris mei defuncti. TI. XII.

SI CONTENTIO FVERIT INTER ME ET DOMINVM, DE PORTIONE FEVDI FRATRIS MEI DEFVNCTI, DICENDO PATERNVM ESSE, ET SIC ME DEBERE SVCCEDERE: ILLE VERO MINIME, TANQVAM HABVERIM PARTEM MEAM. SIVE POSSIDEO, SIVE ALIENAVI, DABITVR IVSIVRANDVM, SCILICET PATREM MEVM IVRE INVESTITVM FVISSE, LICET NON POSSIDEAM PORTIONEM FRATRIS MEI. SI VERO NVLLAM PARTEM HABVERO ILLIVS FEVDI, NEC MIHI, NEC DOMINO DABITVR IVSIVRANDVM, NISI PROPTER SVPRADICTAM RATIONEM DOMINO: NON VT EGO PROPTER HOC ALIVD MEVM FEVDVM AMITTAM. SI TAMEN VASALLVS POTERIT PROBARE PATERNVM FVISSE, SIVE POSSIDEAT, SIVE NON, OBTINEBIT. ALIOQVI NISI PROBET PATERNVM FVISSE, VEL NISI POSSIDEAT, DOMINVS OBTINEBIT.

Excitata controuersia inter dominum & uasallum de portiõe beneficij a fratre suo relicti, ita ut uasallus in eam, uelut paternum feudum, se contendat succedere debere, dominus uero id neget, asserens, cum minime iure paterni feudi partem suam possidere, sed eam noua acquisiuisse inuestitura, sicq; non successurũ in portionẽ a fratre relictam. Si uasallus possideat partem suam, siue per alienationem possidere desierit, iureiurando suo lis dirimetur. Iurabit enim, patrem suum, de eo feudo, iure inuestitũ fuisse, q̃ facto, portionem fratris, licet eam nõ possideat, sed petat, consequetur. Si ue

ro nec uasallus nec dn̄s partē aliquam illius feudi possideat, neutri iusiurandum deferet. At si hic possideat, p̄fata ratione, uidelicet possessiōis intuitu, ei sacramentū poterit deferri. Nō tn̄ ob hoc uasallus in alio feudo, q̄d a dn̄o accepit, p̄iudiciū sustinebit. Porro uasallus p̄bans feudum, q̄d petit, paternū esse, etiamsi nō possideat, obtinebit. Alioq si nec possideat, nec id iure paterni feudi ad se ptinere p̄bet, dn̄s uincet, uel simpliciter, uel iureiurando p̄stito, si hoc ei deferendum esse prospexerit iudex.

1. Fratri contēdenti se in portionē fratris, uelut iure paterni feudi, succedere debere, deferī sacramentū, q̄ affirmabit, patrē uel maiores suos de hoc feudo fuisse inuestitos, idq̄ si ipse in possessiōe partis feudi eius existat, ut hic in tex. & in. §. cum aūt. sup. si de inuesti. feu. contro. fue. Et quanq̄ portionis nomē, sine aliqua adiectione positū, dimidiam partē significet. l. nomē filiarū. §. portiōis nomē. ff. de uerbo. & rer. signi. tn̄ in subiecta specie, noīe portiōis, q̄libet feudi pars cōprehendi censet, ita ut quacūq̄ in parte uasallus possideat, talis ratiōe possessionis, iuramentū ei sit deferendū, per cuius p̄stationē reliquas etiam partes nō possessas consequet, ut est tex. in d. §. cum aūt. Ex p̄missis claret, magnū esse cōmodū possessiōis, q̄ fretus uasallus in parte aliqua, p iuramēti interpositionē, reliqs etiā partibus potit. Ex particulari. n. possessiōe, orit p̄sumptio iuris uniuersalis, q̄d fratri in partes nō possessas etiā cōpetere iuris fictione censet. Nec sane absona iudicari debuerit hęc feudorū cōsuetudo, ut ratiōe partis possessę, ad alias q̄q̄ partes nō possessas, ius habere quis p̄sumat: eaq̄ suadente p̄sumptiōe, iusiurandū subeat, cuius p̄statione, reliquas oēs partes adipiscatur: cū & iura ciuilia statuāt, ratione partis, nōnunq̄ uel acquiri, uel retineri totū. Ita. n. si cui insulę usufructus legatus sit, q̄diu q̄libet portio eius insulę remanet, totius soli usumfructū retinet. l. si cui insulę. ff. de usufru. Et si qs uxori suę ita leget, uidelicet: lego tibi domus eā partē, in qua morari cōsueuimus: responsum est, nō ea tm̄modo uideri legasse cubicula in qbus dormire cōsueuerat, sed eā oēm partē uideri legasse in qua morari cū familia sua cōsueuisset. l. uxori suę. ff. de lega. iij. Quanq̄ huius & aliam quandam, & forte potiorē esse rationē, nō eam inficias. Porro quæ superius dicta sunt, obtinent, nō solum cum partē feudi possidet frater, uerum etiam cum alienatione eam possidere

possidere desijt. Nam sufficit eum habere rei alienatę preciũ, cum hoc in locum eius succedat. l. si & rem. ff. de peti. hæredi. Itaq; siue partẽ possidenti, siue eius preciũ habenti, dabit̃ sacramẽtum, ad cõsequendam residuam: etiamsi suam possessam, sine dñi consensu alienasset. Nam eius solam iacturam feret. c. unico. infr. de uasal. qui con. cõsti. Lotha. Nõ autẽ a petenda residua iam ꝑ fratris mortẽ sibi oblata arceret̃: modo tñ ꝓbet, se partẽ alienatam iure paterni feudi, ꝑ anni spacium, possedisse. secundum And. de Yser. hic.

2. Si frater iure paterni feudi, portionẽ mortui fratris petat, nec sit in cuiuspiam partis possessione, nec alias ius suũ probet, sed dñs possideat, ei sacramẽtum deferet̃, nõ tñ ob id alio suo feudo, q̃d ab eodẽ dño obtinet, priuabit̃ uasallus. sed hoc euidẽtius est, q̃ ut ambigi debeat, quia separatorũ separata debet esse ratio. l. fi. ff. de calum. Et ex separatis de uno ad aliud nõ inferri, oibus est in ore. l. necq; natales. C. de proba.

De alienatione Feudi. TI. XIII.

SI CLIENTVLVS VOLVERIT PARTEM SVAM FEVDI ALIENARE, ID Est, MEDIVM, SINE DOMINI VOLVNTATE, POTERIT HOC FACERE: VLTERIVS PROGREDI NON POTEST, SECVNDVM IVSTVM & VERVM VSVM. ALIOQVI & FEVDVM AMITTIT, & NON VALEBIT QVOD FACTVM EST. QVOD Dictum est alienare, intelligas de libello. Huic consuetudini derogatum est per legem Loth. Mediolanenses uero irrationabiliter considerantes, dicunt clientulum etiam alienare posse in totum, & sine domini uoluntate. Vnde potest præsumi, si clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo suo alicui Ecclesiæ, non ualet, ideo scilicet quia nunquàm reuersurum sit ad DOMINVM, cum ECCLESIA non desinat esse hæres. Quod obseruandum est & in priuato, ex natura perpetui libelli. Sed diuersum obseruatur in ecclesia q̃ in priuato. ECCLESIA .n. cultrix & auctrix iusticiæ, non patitur contra iusticiam aliquid fieri in se uel in alterum: PRIVAtus uero sæpe obuiat iusticiæ. & si CLIENTVLVS fecerit LIBELLVM, uel aliud de MEDIETATE FEVDI sine DOMINI Voluntate, eo mortuo sine LEGITIMO HAEREDE MASCVLO (quod uerbum ita intelligendum est in FEVDO, id est, SINE FILIO MASCVLO) REVERTITVR FEVDVM AD DOMINVM.

Hoc capitulum usque ad §. si uero, exigui est momenti, cum per constitutiones recentiores, derogationem acceperit, uidelicet Lotha. & Frede. Quibus cautum est, nullam partem feudi uel alienari, uel impignorari posse, absque domini uoluntate, & assensu. ut infra, de prohi. feu. alie. per Frede. Superuacanea igit̃ hodie est distinctio, ecclesię ne an priuato partẽ feudi quis concedat per libellarium contractum. Nam prorsus interdictum est uasallis, omne feudalis alienationis commercium, ut infra, de pro-

hi. feu. alie. per Lotha. Est tamen memoratu non indigna sententia, quam hic tex. continet, dum ait: Ecclesia cultrix & auctrix iusticię, nō patiť contra iusticiam aliquid fieri in se, uel in alterum: Priuatus uero sæpe obuiat iusticię. Cum hac sentencia cognatū qddam habere uideť id, quod scribit Grego. in c. fraternitas. xij. q. ij. inquiens: Addis etiam, quo augmēto, ea, quę furto de ecclesijs abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, ut ecclesia cū augmento recipiat, quod de terrenis rebus uideť amittere, & lucra damnis quærere. Cui etiam cōgruit tex. in c. per tuas. de donatio. dum ait: Ecclesia in actibus suis fraudem non debet aliquam adhibere. Et quoniam hic dicit tex. Ecclesiam non pati in se, uel in alium contra iusticiam aliquid fieri, bene cōgruit id, quod habeť in c. nouit. de iudi. Vbi ad ecclesiam, ipsiusq; pręsidem, uidelicet summū Pontificē, spectat de q̄cunq; mortali peccato corripere quēlibet Christianū: & si correptionem contempserit, per districtionem ecclesiasticam coercere. Deinde ibi dicit tex. sed forsan diceť, q aliter cum regibus, & aliter cum alijs est agendum. Cęterum scriptum nouimus in lege diuina: Ita magnum iudicabis, ut paruum. Nec erit apud te acceptio personarum. Licet aūt hoc modo ꝓcedere ualeamus suꝑ quolibet criminali peccato, ut peccatorē reuocemus a uicio ad uirtutem, ab errore ad ueritatē, pręcipue tñ cum contra pacem peccatur, quæ est uinculum charitatis. Hæc ibi. Quoꝝ nimirum ea est ratio, q ecclesia cultrix & auctrix iusticię, contra iusticiam aliquid fieri in se, uel in alium nō patiť, ut hic inquit textus.

§. SI VERO CVM DOMINI VOLVNTATE TOTVM VEL MEDIVM ALIENAVERIT, STABILIS PERMANEAT ALIENATIO. FRATRI VERO, VEL NEPOTI PER LIBELLVM FACTA ALIENATIO, ETIAM SINE VOLVNTATE DOMINI.

Si uasallus feudū totū, uel dimidiam eius partē, dñi accedēte licētia alienauerit, q̄d factū est, stabile ꝑmanebit. Similiter si in proximū agnatū absq; dñi assensu feudū trāstulerit, translatio subsistet.

1. Cum uasallus, domini accedente consensu, feudum alienat, stabilis ꝑmanet alienatio. Dñi enim cōsensus efficit, ut ille, cui feudum per eam alienationē acquisitum est, eo habeať loco, ac si principaliter pro se liberisq; suis, feudi inuestituram accepisset, secundum Aluaro. hic. Facit id q̄d habeť supra de his, quæ feu. da. pos. in. §. cum uero. Hæc intellige, si nulli sint agnati, ad q̄s iure paterni feudi successio ꝑtineat: aut si fuerint, ut eoꝝ adhibito consensu,

prælibata alienatio fiat. Alioqui, etiamsi domini uolũtate sit facta, corruet. c. i. in princi. de alienatione pater. feudi.

2. In proximum agnatum uasallus libellario cõtractu, feudum suum, sine domini uoluntate, traducere poterit, ut hic. Cuius est ratio, ꝙ non intelligatur tunc alienationem, seu libellationem proprie fieri, sed quandam potius quasi refutationem, ut inquit tex. in d. c. i. in prin. de alie. pa. feu.

§. ITEM IN FEVDO COMITATVS VEL MARCHIAE, VEL ALIARVM DIGNITATVM NON EST SVCCESSIO SECVNDVM RATIONABILEM VSVM, SED HODIE HOC EST VSVRPATVM.

Quanquam in feudis Comitatus, Marchiæ, uel aliarũ dignitatum, antiquitus secundum rationabilem usum nõ fuerit locus successioni, tamen contraria consuetudine aliud usurpatum esse dinoscitur. Ex hoc tex. colligi potest, iure feudorum, contra usum rationabilem, alium usum ualide introduci posse. Quemadmodum hic introductum est, ut in feudis dignitatum locum habeat successio: Cui usurpationi & consuetudini inconuulse standum fuerit, secundum Iaco. de Bel. & Bal. utpote quæ a Romanis Imperatoribus scientibus & prudentibus, longo iam seculo fuerit tolerata. Inueterata igitur consuetudo pro lege non immerito custoditur. l. de quibus. ff. de legib. Quæ & approbari uidetur per Imperatorem in §. præterea ducatus. inf. de prohi. feu. alie. per Frede.

De Feudo Marchiæ, uel Ducatus, uel Comitatus Titulus XIIII.

DE MARCHIA, VEL DVCATV, VEL COMITATV, VEL ALIQVA REGALI DIGNITATE, SI QVIS INVESTITVS FVERIT, PER BENEFICIVM AB IMPERATORE, ILLE TANTVM DEBET HABERE. HAERES ENIM NON SVCCEDIT VLLO MODO, NISI AB IMPERATORE PER INVESTITVRAM ACQVISIERIT.

Hoc iure in regali dignitate, ducatu, marchia, uel comitatu ab Imperatore, feudi nomine acquisito, filius non succedit, nisi Imperator per inuestituram id concesserit. Hic tex. contrarijs moribus & obseruatione iam olim abrogatus est, ut in §. ulti. præcedentis titu. Qui probat, secundum Bal. quantum ad successiones attinet eiusmodi dignitatum, seruandam esse usurpatam consuetudinem. Quod dicit, fixe menti imprimendum, cum frequẽtissima sit mors Regum & Magnatum.

1. Ex hoc tex. colligitur, non solum ducatus, marchionatus, & co

mitatus, uerumetiam ipsas regales dignitates, uelut riuulos quosdam a perenni fonte Imperialis profluere maiestatis. Romanorum siquidem Imperator omnium regum, principum omnium, rex & princeps est summus, cuius Imperio totus ubiq; terrarum orbis parere debet. Ipse enim est mūdi dominus, l. deprecatio. ff. ad l. Rhodi. de iactu. Ipse pręcipit omnibus prouincijs, in uniuersa ditione, & quæ ascendentem uidet, & quæ descendentem solem, & quę ex utroque latere est, scilicet in meridie & septentrione. in Auten. ut oēs obediant iudicibus prouinciarum. §. hęc cōsiderantes. colla. v. Ipsius legem agnoscere debent omnes terræ, omnesq; insulæ orientis totiusq; occidentis, quæ usq; ad ipsos Oceani recessus extenduntur. in Auten. ut eccle. Ro. centum annor. gau. præscrip. §. fi. His etiam congruit, quod Modestinus Iureconsultus Antonini Imperatoris epistolam Comiti Asiæ scriptam, uniuerso orbi conuenientem dixit. Quod utiq; non dixisset, si orbis uniuersus scribentis imperium agnoscere non debuisset. l. si duas. §. grammatici. ff. de excu. tuto. Cæterum orbis monarchiam ex ipsis beatorum patrum sentencijs Imperatori facilius fuerit astruere. Sacer enim Hiero. In apibus, inquit, princeps unus est, & grues unam sequuntur ordine literato. Imperator unus, iudex unus prouincię, Roma autem condita duos fratres simul reges habere non potuit. c. In apibus. vij. q. i. Tex. etiam in c. futuram. xij. q. i. testatur, Ro. principes totius orbis monarchiam habuisse. Ecclesiastica quoque refert historia, archiepiscopos & episcopos per singulas prouincias ab imperatore inuestituram accepisse. c. Adrianus. lxiij. dist. Et Augustinus Imperatoris monarchiæ adstipulatur, inquiens: Deum per imperatores iura humano generi distribuisse. c. quo iure. viij. dist. ubi etiam ait: Tolle iura Imperatorum, & qs audet dicere, hæc uilla est mea, meus est iste seruus, mea est hęc domus. Profecto qui leges omnibus præscribit, orbis uniuersi iurisdictionē habeat necesse est. Et secundū Io. Papā: Impator habet priuilegia sue potestatis, q̄ administrādis legib. publicis diuinitus cōsecutus est. c. si Imperator. xcvi. dist. Ambrosius etiā in potestate impatoris oīa esse, diuinis exceptis, p̄fitet. c. cōuenior. xxiij. q. viij. p̄terea ex c. oēs itaq; causę. ∜si. uolumus atq; p̄cipimus, satis apparet, q̄ in immensum pateat Rom. ditio Impatoris. Nō iam refragat̄ prædictus l. mercatores. C. de commer. & merca. Vbi imperator

mentionem facit ſubiectorum Regis Perſarum. Nec refragatur l. ulti. in uerſi. extra loca noſtro impio ſubiecta. C. de eunuch. Nec denicꝫ illud, quod imperator habeat fœderatos: habeat quocꝫ hoſtes, ſicꝗ ſubiici non uideantur omnes Imperatori. l. non dubito. & l. hoſtes. ff. de capti. & poſtli. reuer. Nam unica hæc diluuntur reſponſione, uidelicet temeritate quadam facti, gentes nõnullas ditionem Imperatoris non agnouiſſe (ſicut & hodie nõnulli agnoſcere recuſant) de iure tamen, dubio procul agnoſcere debere, ſecundum Iaſ. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fide Catho. per glos. in uerbo, minime recognoſcat. in c. per uenerabilem. qui filii ſunt legi. Alii uero aiunt, Imperatoris monarchię nihil decedere, tametſi nonnulli ſe ab imperio eximant. Non enim ipſi particulares impediũt, quo minus uniuerſarum gentium ſit, & habeat Imperator. argu. l. i. ff. de rei uendi. in ſi. uerſi. ſed & gregẽ ſufficit ipſum noſtrum eſſe, licet ſingula capita noſtra non ſint. Verum enimuero ipſe cœleſtis Imperator hunc terrenum Imperatorẽ pluris feciſſe uideť, ꝗ homines quidam terreni nunc Romanum Imperatorẽ. An nõ manifeſto argumento hoc ipſe declarat Chriſtus, materno etiamnum thalamo abditus? qui promulgato Cæſaris edicto, ut uniuerſus cenſeretur orbis, in Bethleem ciuitatẽ, matris utero clauſus properauit: & una cũ uirgine matre Cæſaris parere imperio uoluit: Cæſaris edictũ agnouit: Cęſari poteſtatẽ eſſe cenſendi orbis uniuerſi, ſuo exemplo declarauit? Quid, ꝙ ſacratiſſimus eius ortus, toties deſyderatus, nõ alio mortalibus tẽpore contingere potuit, ꝗ quo oẽs fere orbis nationes ſub Cæſaris eſſent ditionẽ redactę: atcꝫ pace terra maricꝫ parta, Cęſaris monarchia in immenſum pateret? Tot ſeculis itacꝫ expectatus, tandẽ ꝓdit, uirgineũcꝫ egrediť uterꝫ unicus Dei filius, uelut unius monarchię, unus aſpirans Deus: idcꝫ dũ Cæſaris edicto cenſus agiť orbe uniuerſo. Quis, obſecro, tot myſteria digna cogitatione cõplecti queat? Iam uero ſalutifero Euãgelicæ profeſſiõis munere fungens, ac patris doctrinã proferẽs, quid de cẽſu Cęſari dando protulerit, neminẽ eſſe arbitror, qui ignoret. Quare & Auguſtinus repetens illa uerba Domini, uidelicet: Reddite quæ ſunt Dei, Deo: & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Igitur, inquit, quod Cæſar præcipit, ferendum eſt, quod imperat, tolerandum eſt. c. militare. xxiii. q. ii. Huius capitis exemplũ ſecuta ſunt mẽbra. Et quod Dñs fecit, miniſtri quocꝫ eius

& Apostoli ipsi sunt imitati. Ita Paulus, supremum Cęsaris tribunal appellat. Ita Petrus, principi obediendũ prædicat. Ita sequens patrum cohors Cæsaris imperium a Christo constitutum profitetur, legesq́; imperatorꝝ, autore Deo, asserit promulgatas, ut in c. quęsitum. xxiij. q. iiij. & c. si imperator. xcvi. dist. Quis unq̃; talia legit prodita de alio gentis principe, q̃ de Ro. imperatore? Quę cũ ita se habeant, nemo, ut arbitror, mirabitur, q̃ pręclara illa iuris ciuilis lumina, monarchiam imperatori, non humano solum, sed diuino etiam iure contributam esse protulerunt, nempe Cynus, Bar. Bal. Salyce. Iason, & cęteri fere omnes. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide catho. Quanq̃; Oldradus de Ponte in consilio lxix. cõtrarium astruere conetur. Sed q̃ probabiliter is ratiocinet̃, q̃ colligat acute, q̃ efficaciter conuincat, aliorꝝ esto iudiciũ. Porro ignorandũ non est hoc, quod defendit Panor. in c. cum nõ liceat. mihi, in penul. colum. de pręscrip. uidelicet, cõtra Rom. Imperium, nullum principẽ, nullamq́; rempublicã posse præscribere, ut ab illa iurisdictione uniuersali eximat̃, aut in suo territorio sit loco imperatoris, nullum recognoscendo superiorem. per tex. in d. c. cum non liceat. Cuius opinionis ante eum fuit eximius ille Hostiẽ. in c. uenerabilẽ. §. uidebat̃. super uerbo, recognoscat. Qui siliij sunt legi. dum ait, caute locutum Pontificem de rege Francię, narrãtem q̃ Imperatorẽ nõ recognoscat, & sic factum notauit. Non enim dixit, q̃ recognoscere non debeat. Nam de iure proculdubio, inq̃t, eum recognoscere debet. citat d. c. in apibus. vij. q. i. & d. c. Adrianus. Et adeo quidem imperio subiecti esse debent omnes, ut ne ipse quidem imperator possit alicui concedere priuilegium omnimodę exemptionis: quia hoc esset lacerare imperium, & abdicare a se iurisdictionem, quod non est possibile. argu. l. legatus. ff. de offi. præsi. Et hoc tenet Bal. in procemio super lib. feudorum. Hęc sunt ipsa uerba Panormi. loco superius allegato. Fely. autem in d. c. cũ nõ liceat, cũ retulisset in utranq́; partẽ farraginẽ opinionũ, an scilicet quis possit præscribere, ut non subsit Ro. Imperatori, sentenciã suppressit: maluitq́; dubius, q̃ audax diffinitor uideri: quũ (ut inquit) plęriq; etiam decidere nõ audeant. Sed ad memoriã reuocare debuisset illud Augustini, uidelicet: quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatẽ occultat, irã dei sup se ꝓuocat: qa magis timet hominẽ, q̃ Deũ. Vterq́; reus est, & q ueritatẽ occultat & qui

mendacium dicit,quia & ille prodesse non uult,& iste nocere desi derat. ut hæc habentur transsumptiue. xi. q. iij. c. quisquis. Opti mo igitur meritissimoq; iure (ut regrediamur, unde digressi sumus) non solũ ducatus, marchię, & comitatus, sed etiam ipsæ dignitates regales ab Imperatoria maiestate, ceu fonte quodam perenni, pro fluere censent. Quas ab imperiali munificẽtia petẽdas esse, hic tex. indicat. Contrariũ asserentibus obijci poterit, sacrilegij instar esse, diuinis, super quibuscunq; administrationibus, uel dignitatibus promulgandis, obuiare beneficijs. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. Obuiant aũt, qui iuri Imperatoris detrahentes, dignitates & admi nistrationes nõ Cęsaris promulgatione suscipiunt, sed uel ꝓpria te meritate inuadunt, uel a maioribus, maiori temeritate occupant in uasas. Cæterũ tametsi hic tex. successionẽ in feudorũ dignitatibus nõ permittat, nisi id inuestitura concesserit princeps, contraria ta- men cõsuetudine, sciente & patiente principe, aliud usurpatũ exi- stit, quæ usurpatio instar legis tuenda fuerit, ut superius dictũ est. Qua uigente usurpatione, haud improbabiliter dubitat, cum reg- na, ducatus, marchionatus, comitatus diuidi nõ possint. §. ꝑterea infra, de prohi. feu. aliena. Et lex regni, aut cõsuetudo habeat, pri- mogenitum succedere debere: Quid iuris sit, si primogenitus, reli cto filio, patre uiuente moriatur, an transmittat ius suũ in filiũ, ita, ut filius eius pręferat patruo, hoc est fratri primogeniti defuncti? Et quidem Iohan. And. in additionib. Speculi, super rubrica, de feu. uersi. redeundo ad indiuiduum, prolixe hanc quęstionem dis- cutit: tandẽ in eam opinionẽ inclinat, ut nepos in successione aui ꝑferri debeat suo patruo. Idẽ Bal. in l. liberti. C. de ope. liber. & Pa nor. in c. licet. uersicu. nota ibi si dictus rex. de uoto. Et Oldra- dus consilio ccxxiij. incipien: Istæ sunt allegationes, hanc opi- nionem optime per Iureconsultos in facti specie defensam infe- ruit. Contrariam tamen opinionem, ius patrui potius esse, post ua rios doctores, tenuit Alexan. in consi. liiij. in tercio uolumine, in- cipien. Ponderatis uerbis testamenti. dicens, se semper secutum es- se istam opinionem pro patruo, melioribus rationibus probatam, & magis communem, ut hęc diffusius refert Iason, in l. maximum uitiũ. uersicu. tercio nota. C. de libe. præteri. uel exhæreda. Vbi eti am dicit, hãc quęstionẽ semp se putasse dubiã: nec illã alio modo re soluit: Ego (ut nũc delibero) arbitror nepotis causam, iure, & ęqta

te esse potiorem: cum natura pater & filius, eadem esse persona pene intelligantur. l. ulti. C. de impube. & alijs substi. Imo ut Canō dicit, una caro probetur esse pater & filius. c. contradicimus. §. hac autoritate. xxxv. q. iij. Et una persona reputantur, secundum glos. primam. in c. super eo. de testi. & Feli. in c. i. in ij. colum. de magistris. Vbi citat Ludo. Ro. in l. i. ff. in ius uoca. ut eant. dicentē, q̄ pater, cui cōmissa est legatio, poterit substituere filiū. l. sciēdum. §. legati. ff. de legatio. quasi persona filij sit persona patris: & uox patris, tanq̄ uox filij est. §. ei qui. Insti. de inuti. stipu. & filius personam patris repræsentat. l. i. §. aut si unum. uersicu. si sit filius. ff. de coniun. cū eman. libe. Et nepos succedit in locū filij. l. si nepotes. ff. de colla. bono. Quare filius primogeniti mortui, una quodammodo persona cum patre existēs, ius primogenituræ, q̄d legis & cōsuetudinis beneficio, pater eius, si nō actu, at habitu & potētia consecutus fuerat, obtinebit. Quemadmodū querelam inofficiosi testamēti, licet nō preparatam, sed spe habitam a moriente patre in filiū cōstat trāsmitti. l. si quis filiū. C. de inoffici. testa. Vbi tex. sed nos, qui oēs subiectos nostros, et filios, et nepotes habere existimamus, affectione paterna, & imitatione, secundū quod est possibile, oīm cōmodis prospicientes, iubemus in tali specie eadem iura nepoti dari, quę filius habebat: Et si preparatio facta non est ad inofficiosi querelam instituēdam, tñ posse nepotē eandē causam proponere. Qui tex. si bene perpendat̃, meo iudicio, nō parꝫ congruit presenti quęstioni. Cui adstipulat̃ ius diuinū & canonicū, p̄mittens primo genito, ut etiam uiuente adhuc patre, ius primogeniturę, & uendere, & cedere possit. Gene. xxv. & xxvij. & c. q̄ periculosū. vij. q. i. & in c. ulti. §. item opponit̃. xxij. q. i. Si itaq̄ ius primogenituræ cedi poterit, uiuente patre, etiam ad hæredē transmitti poterit. Quod enī (ut nostri aiunt) est cessibile, est quoq̄ ad hæredes transmissibile. argu. l. ex pluribus. ff. de administra. tuto. cum similib. Sed ante diem clauso uesper componet olympo, quam omnes rationes huc tendentes in mediū proferre possim. Quare hæc res suo tēpore prolixiorē habuerit indaginē. Quanq̄ non me lateat, quo distinctiōis fœdere dissidētes opiniōes circa hāc quęstionē cōciliare conent̃, A lex. & Iason. in l. is potest. ff. de acquir. hęredita. Porro si uxor regia uno partu gemellos ędat, primus maternū egrediens uterꝫ, patri in

regno

regno ſuccedet. Ita ſiquidem Eſau ius habuit primogenituræ, cuius primo egreſſi plantã pedis tenens manu, ſubſecutus fuit Iacob, ut Gene. xxvij. At ſi conſtare non poſſit, uter prius in lucẽ prodierit, Ioan. And. in additionib. Specu. ſuper rubrica. de feudis. uer ſi. hic interpono, q̃d hiſtoria dicit in ſubiecta ſpecie, ſi feudũ diuiſionem non patiatur, dñi officium fore ut magis aptum & idoneũ pręferat. Quod ſi pares ſint dotes utriuſq́ꝫ, gratificationi locum fore, ut cui magis collibitum fuerit, feudũ concedat, idq́ꝫ multorꝫ allegatione iurium cõfirmat. Bal. uero in l. in quibus. circa fi. C. de ſecun. nup. uoluit, q̃ ſi regi alicui eodẽ partu nati ſint gemelli, nec conſtet, uter ſit prior, uel poſterior, patris electionẽ fore, huic, an illi ſucceſſionem in regno permittat. argu. illius. l. in fi. Quod dictũ obtinere poterit in eo regno, quod iure feudi non obtinetur. Alioqui enim non patri, ſed domino, huius rei arbitrium cõpetere dixerim, iuxta ſuperiorẽ Io. And. ſentenciã. Poſtremo, cum dictet conſuetudo, primogenitũ regis in paternum regnum ſuccedere debere, et quiſpiam habens filios, regnum aliquod conſequatur, ille primogenitus, qui patre iam facto rege, natus eſt, ad ſucceſſionẽ regni uocabiẽ. Non autẽ ille, quem ante regnum ſuſceptum genuit, ſecundũ Bal. in l. imperialis. §. his illud. uerſicu. & ideo. C. de nup. idq́ꝫ ꝓbari uideẽ per l. ſenator. C. de digni. li. xij. Quanq̃ l. ſenatoris filiũ. ff. de ſenato. contrarium indicare uideaẽ. Sed p̃ſtatę l. ſenator. C. de digni. ut recentiori ſtandum eſſe, ꝓbabiliter dici poterit.

§. SI CAPITANEI, VEL VALVASORES MAIORES, VEL MINORES INVESTITI FVERINT DE BENEFICIO, FILII, VEL NEPOTES EX PARTE FILIORVM SVCCEDVNT: SI VERO VNVS EX HIS FILIIS, VEL NEPOTIBVS SINE DESCENDENTIB. MASCVLINI SEXVS HAEREDIBVS MORTVVS FVERIT, PRAEDICTI FRATRES, VEL NEPOTES PER INVESTITVRAM PATRIS, ET AVI IN BENEFICIVM SVCCEDVNT. ET SIMILITER INTELLIGENDVM EST IN CONSOBRINIS.

In alijs feudis, quæ nõ ſunt illarꝫ dignitatum, de quibus in ſuperiori §. habeẽ, ſuccedunt filij, uel nepotes ex eis. Quorꝫ ſi aliquis ſine maſculo deſcendente hærede obierit, tranſuerſales & collaterales, ſi tñ ab eo, qui feudum primus acquiſiuit, originem ceperint, ad ſucceſſionem admittuntur.

1. Dum hic tex. mentionẽ facit capitanei, non de eo accipi debet, qui feudum dignitatis a principe obtinet: ueluti dux, marchio, uel comes, qui proprie capitanei regni dicuntur. Nam ſi de his intelligeretur, hic §. pugnaret cum præcedente, niſi quis de eo capitaneo dictum eſſe exiſtimet, qui a principe quidem de plebe uel ali-

qua plebis parte inuestitus, dignitatis tamē feudū nullum sit consecutus. De quo in c. unico. uers. qui uero a principe. infra, quis dica. dux, march. comes. Poterit itaq; hic tex. de eo capitaneo intelligi, qui a duce, marchione uel comite feudum consecutus, proprie appellatur maior ualuasor. Nonnunq; etiam capitaneus dicitur.

2. Ad successionem feudi paterni, primo loco admittuntur descēdentes in infinitum. Quorum aliquo sine filijs uita functo, feudi portio, quam possidebat, ad collaterales transfertur, idq; beneficio illius, qui primus feudum assecutus est, a quo originē & genus duxerunt, ut hic, & infra, de succ. fra. uel gradi. succeden. in feu. §. i. Successio autem horum collateraliū porrigetur in infinitum, quando scilicet ille, qui feudum primus adeptus fuit, hoc in descendentes suos posteros transmisit. At si non in descendentes, sed in collaterales suos (quod ex pacto, alioq; modo fieri poterit, ut infra, de fra. de no. benefi. inuesti. c. i.) transmisisset, successio septimo gradu circumscribenda foret, ut latius dictum est, in §. hoc quoq;. supra, de his, qui feu. da. pos. Et hęc, secundum Bal. sunt memoriæ commendanda, cum possint quotidie accidere in successionibus comitum & principum, quorū maiores, elapsis aliquot seculis, feuda a principe sunt cōsecuti. Nam hęc, deficiente comite aut principe in linea directa, deferent̄ ad agnatū collateralē, etiā cētesimo gradu distantem, modo genus & originē duxerit a primordiali inuestito.

§. SI DVO FRATRES SIMVL INVESTITI FVERINT DE BENEFICIO NOVO, & NON DE PATERNO, SI VNVS EORVM SINE DESCENDENTIB. MASCVLINI SEXVS MORTVVS FVERIT, DOMINVS SVCCEDIT, & NON FRATER: NISI PACTVM FVERIT IN INVESTITVRA, Q; FRATER FRATRI SVCCEDAT. PER PACTVM ENIM FRATER SVCCEDIT, NON DOMINVS. ET QVOD DIXIMVS DE FRATRIB. VT VNVS ALII SVCCEDAT PER PACTVM, IDEM DICENDVM EST DE FILIAB. SI HOC PACTVM CONCILIET: ET SIC PER PACTVM FILIÆ SVCCEDVNT.

In feudo nouo frater non succedet fratri, sed ad dominum decedentis relabitur portio, nisi aliud pactum inuestituræ permittat. Similiter in feudo nō succedunt filiæ, nisi pacto hoc conuentū fuerit.

1. Pactum eius est efficaciæ, ut id, quod lex non dictat, fieri permittat, ut hic. Contractus enim legem ex conuentione accipiunt. l. i. §. si conueniat. ff. depositi. Et nihil tam fidei congruit humanę, q; pacta seruare. l. i. ff. de pac. Quod intellige, nisi tale sit pactū, quod iure merito improbetur. l. iure gentium. §. prætor ait. ff. de pact.

cum nec

cum nec conuentio cõtra bonam fidem contraq; bonos mores sit sequenda.d.l.i.§.illud non probandum est. ff. deposi.

An maritus succedat uxori in beneficio.
Titulus. XV.

SI FOEMINA, HABENS BENEFICIVM & MARITVM, MORIATVR, NVLLO MODO SVCCEDIT IN BENEFICIVM MARITVS, NISI SPECIALITER INVESTITVS FVERIT. & SI IPSA FOEMINA FILIOS DIMISERIT, DICVNT QVIDAM, FILIOS NON DEBERE SVCCEDERE IN BENEFICIVM MATRIS, NISI SPECIALITER SIT DICTVM, VEL INVESTITI FVERINT: QVIA SECVNDVM VSVM REGNI, AD BENEFICIVM VOCANTVR PATERNVM, & NON MATERNVM. SED SECVNDVM AEQVITATEM DICAMVS, FILIOS DEBERE SVCCEDERE. HOC DICIMVS DE CAPITANEIS, & DE MAIORIBVS VALVASORIBVS, & DE MINORIBVS. DE MINIMIS AVTEM, & DE IIS, QVI BENEFICIVM TENENT, A MAIORIBVS VALVASORIBVS SIC SERVETVR, SICVT INFERIVS DICEMVS.

Vxori maritus in feudo non succedit, nisi de eo specialem obtinuerit inuestituram, sed filius ad materni feudi successionem ex æquitate admittitur. idq; obtinet etiam in successiõe feudi capitanei, uel maioris ualuasoris. ut supra, tit. proxi. §. Capitanei, imo & minimi, ut infra patebit nu. iij.

1. Quanq; deficiente parentum, liberorum, et propinquorum coniunctione, uxori succedat maritus. l. i. C. unde uir, & uxor. Tamẽ in bonis feudalibus ab uxore relictis, ei successio non datur: nisi de illis, uiuente uxore, tanquam de feudo proprio & recto sit inuestitus. Tum enim inuestituræ eiusmodi uirtute, succedet. Diuersum igitur, si tanquam de feudo dotali, inuestiturã accepisset. Nam ea, soluto matrimonio, careret nomine, & effectu, utpote dote ad hæredes mulieris, si qui essent, redeunte, secundum Nicolaum de Neapo. & Bal.

2. In beneficium materni feudi, filij masculi succedunt, modo tamen sint legitimi. Naturales enim, licet alijs in rebus matri succedere uideantur. l. si qua illustris. C. ad sena. Orphicia. A feudi tamen successione penitus arcentur. §. naturales filij. infra, si de feu. defun. conten. sit inter do. & agnatos uasalli.

3. Licet ex fine huius textus indicetur, diuersum esse in filijs minimorum uasallorum, ut scilicet in feudo non succedant, tamen quũ recentioribus feudorum placitis, successionis adæquata sit ratio. §. & quia. supra, de ijs, qui feu. da. possunt. et c. i. de succes. feu. iuxtaq; feudũ a minimis ac maioribus ualuasoribus, sine culpa auferri pro

hibeatur, ut supra, de natu. feu. c. i. pariformiter succedendi beneficio uasalli quoque minimi fruentur.

De Feudis datis à minoribus Valuasoribus, Quid iuris sit. Titulus XVI.

SI MINORES VALVASORES BENEFICIVM TOLLERE VOLVERINT MINORIBVS VALVASORIBVS, LICET EIS FACERE : EXCEPTO SI BENEFICIVM VENDIDERINT EIS. SI VERO PRECIVM DE BENEFICIO ACCEPERINT, *Tunc aut precium reddant, aut beneficium dimittant.*

Hic titulus prorsus est antiquatus. Nam eo iure, quo iam utimur, feuda minimorum ualuasorum, sicut & alia quælibet, adimi non possunt, nisi & cognita causa, & culpa conuicta. per tex. in c. unico. supra, de natu. feu. & c. i. in princi. infra, de feu. sine cul. nõ amitten. Itaque & in eiusmodi feudis successioni locũ esse, nemo dubitarit. supra, de succes. feu. c. primo. supra, qui feu. da. pos. in §. & quia.

Quibus modis feudum amittatur, Titulus XVII.

SI CAPITANEI, VEL MAIORES VALVASORES, QVI HODIE VOCANTVR CAPITANEI (LICET IMPROPRIE DICANTVR MINORES) SENIORES IN BELLO DIMISERINT : VEL SI CREDENTIAM AD EORVM DAMNVM SCIENTER MANIFESTAVERINT, SI VALVASORES SENIORVM VXORES ADVLTERAVERINT, SI SCIENTER SENIORES ASSALIERINT, VEL SIMILES CVLPAS COMMISERINT, BENEFICIO CARERE Debent.

Vasallus dominum suum in bello deserens, uel secretũ sibi cõmissum, scienter in detrimentum domini manifestans, uel cũ uxore dñi adulteriũ cõmittens, aut scienter dominũ assiliẽs, uel similes culpas patrans, feudi beneficium amittit.

1. De uasallo dñm in prælio deserente, & assiliẽte, uxoremque eius corrũpente, satis dictum est supra. in c. i. quib. mo. feu. amit. Quare hic iam de reuelãte secretũ dñi nõnihil attingendũ est. Et quidẽ glos. secũda hic adstruit, ob solã secreti dominici manifestationẽ, uasallũ feudo priuandũ nõ esse. Sed ita demũ, si ea manifestatio facta sit animo fraudulento, eaque in dñi uergat detrimentum. Quã glos. hic approbat Aluarotus. Proinde si ex ea reuelatiõe ꝑiudiciũ dño nõ cõciliet, aut si non animo nocendi uasallus dñi secretũ effutiat, etiãsi damnũ subsequat, huic pœnæ locũ nõ esse, Aluaro. indícat, ueluti si laudes dñi celebrans, per imprudentiam concreditum secretũ rei alicuius a dño strenue gerẽdæ, aut alio pacto absque dolo sibi effluere permittat. Quanque em manifestando peccet, dñmque læ

dat, tamen animo nocendi id non faciens, feudi iacturam minime sustinebit, secundum eundem. Maleficia enim uoluntas & propositum delinquentis distinguunt. l. qui iniuriæ. ff. de fur. Et crimen tunc contrahitur, si & uoluntas nocẽdi intercedat. l. i. C. ad l. Cor. de sic. Et non nisi dolo malo falsum cõmittentes, crimini subiugantur. l. nec exemplum. C. ad l. Corne. de fal. Pręterea fraudis interpretatio semper in iure ciuili, non ex euentu dũtaxat, sed ex cõsilio quoq; cõsideratur. l. fraudis. ff. de regu. iur. Sed quo pacto per imprudentiam delinquens sit puniẽdus, uide in VIRIDARIO Conclusionum iuridicarum, Tomo i. Conclu. xxi. Pręfata tamẽ interpretationẽ recipiunt, ut ita demum obtineant, si nõ ex tam stolida crassaq; imprudentia effutiantur, ut ad dolum ac fraudem quamproxime accedere uideantur, secundũ Ia. de Bel. & Aluaro. Illud autem constat, reuelantem secretum hic nõ puniri, si damnũ ex ea reuelatione domino non irrogetur. ut hic, & in c. unico. infra, qualiter iura. de uasal. do. fide. Quod Bal. notandum dicit. Qui etiam inquit, hoc secretũ appellari, quod dominus non uult sciri.

2. Tum demum uasallus, in dominũ delinquens, pœna affici debet, cum scienter deliquerit. Diuersum igitur, si ignoranter, nisi ut Bal hic. inquit, ignorãtia esset crassa, & supina, quę appellatur, scire uel intelligere debere. l. quod te mihi. ff. de reb. credi. & si certũ peta. Neq; enim supina ignorantia ferenda est, factum ignorantis. l. nec supina. ff. de iur. & fac. igno. Porro si uasallus ignoranter, cum domini uxore rem habeat, si ignorantia crassa & supina non sit, feudo haud fuerit priuandus, quia adulterium sine dolo malo, haud committit. l. penul. ff. ad l. Iuli. de adul. Et si dubitetur, prudens, an sciens hoc commiserit uasallus, cũ testes haberi nequeant, per iuramentum ignorantiam suam probabit. c. si lectum mariti. & ibi glos. in uerbo, per securitatem. xxxiiij. q. ij. Item horum similitudine infert Bal. rem habentem ignoranter, cum sacra moniali, non puniri de stupro tanq; cũ moniali perpetrato. Non em̃ contẽpsit disciplinã, q ignorauit monialẽ. l. si ignorãs. ff. loca. & cõduc.

3. Vasallus similes culpas his in tex. expressis, cõmittens, feudo priuabitur. Nam similes culpę similem exigunt pœnam, secundũ Bal. Ad hanc similitudinẽ dijudicandam, mente fuerit cõplectendus tex. in §. sed quia. infra, quæ fuit pri. cau. bene. amit. Qui sic

habet. Sed qa natura nouas deproperat ẽdere formas, poteſt multis modis contingere, ut aliæ emergant cauſæ, quibus uideatur iuſte adimi poſſe feudum: Ideoq; iudex ſolers, & diſcretus, & æquitati obſecundare ſollicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans prouideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſeu maior, ut proinde ſciat, utrum beneficium ſit amittendum, an nihilominus retinendum.

Apud quem, uel quos controuerſia feudi definiatur. Titulus XVIII.

SI CONTENTIO FVERIT DE BENEFICIO INTER CAPITANEOS, CORAM IMPERATORE DEFINIRI DEBET. SI VERO FVERIT CONTENTIO INTER MINORES VALVASORES & MAIORES DE BENEFICIO, IN IVDICIO PARIVM DEFINIATVR, VEL PER IVDICEM CVRTIS.

Controuerſia feudalis inter capitaneos Imperatoris iudicio dirimetur: Inter minores autem uaſallos exorta, per curiæ pares, ſeu iudicem curtis definietur.

Si de feudo inter capitaneos, hoc eſt, duces, marchiones, comites, aliosq; ab Imperatore feudum obtinentes, contentio exoriatur, ſolius Imperatoris erit cognitio, ut hic. & infra, de l. Cõra. in prin. Si uero alij uaſalli de feudo inter ſe controuertant, domini iudicio controuerſia finietur. Sed lis inter dominum & uaſallum orta, per curiẽ pares, a domino ſub fidelitatis debito adiuratos, terminabitur. Ita dictat ius nouiſſimum in §. penul. infra, de prohi. feu. alie. per Frede. Verum enimuero per quos iudices, feudales contentiones cognoſci, & iudicari debeant, diuerſa, & pene repugnantia inueniuntur feudorum iura, quẽ hic ſectionibus quibuſdam conglomerat Aluarotus. At cum factu non ſit facile, tam diuerſas ſcatebras in anguſtum alueolum contrahere, multaq; hic in medium profe rat, quæ genuino ſenſui textuum usquequaq; nõ congruunt, utilius uideor mihi facturus, ſi hẽc ſuo, ut inciderint, loco tractarim.

§. SI ALIQVIS DE CAPITANEIS, VEL DE MAIORIB. VALVASORIB. VEL DE MINORIB. SVVM BENEFICIVM, SIVE TOTVM SIVE PARTEM ALIENAVERIT: & IPSE, VEL HAERES EIVS SINE HAEREDE DECESSERIT: QVIA SENIORIB. BENEFICIVM APERITVR, TOTVM QVOD FECIT, REVOCARI DEBET.

Hic §. per noua iura abrogationem accepit: cum nullam feudi partẽ ſine dñi cõſenſu iam alienet uaſallus. infra, de prohi. feu. alie. per Lotha. & infra, de prohi. feu. alie. per Frede. Et ſi forte alienet, non expectata morte alienantis, ſed protinus ad dominum reuertitur: ſiue is, in quẽ facta eſt alienatio, bonẽ fidei, ſiue malẽ fidei fuerit.

§.callidus.infra,de prohi.feu.alie.per Frede. Nisi agnati aliqui uasalli alienātis superessent. Nam ad hos, si paternum fuerit, excluso domino, deuoluetur, ut de hoc latius dictum fuit in §.hoc quoq;. supra, de succes. feudi.

CONSTITVTIONES

FEVDALES DOMINI LOTHARII IMPERATORIS, QVAS ANTE IANVAM Beati Petri in ciuitate Ro. condidit obseruandas.

Titulus XIX.

Ex hac rubrica colligitur secundum Baldum, Imperatorem Romę existentem, legem posse promulgare generalem, urbi & orbi. Nec immerito, cum mundi dominus existat. l. deprecatio. ff.ad l. Rhodi.de iactu. Legem enim ipsius omnes agnoscere debent, in uniuersa ditione, & quę ascendentem uidet, & quæ descendentem solem, & quæ ex utroq; est latere. ut in Auten. ut omnes obediant iudicibus prouin. §.hęc considerantes; ut hæc prolixius a nobis tractata sunt supra, de feu. March. uel duca. uel comi. Verum Baldo refragatur, iuramentum imperatoris, de quo in c. Tibi domino. lxiij. distinc. ubi dicitur: Et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam, de omnibus quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo (scilicet Pontificis Romani) consilio.

SI QVIS EX MILITVM ORDINE DECESSERIT, QVI DE FEVDO INVESTITVS FVERIT, VT CONSTITVTVM HABEMVS, OBSERVETVR DE BENEFICIO, & SVCCESSIONE, & CVLPIS. SI VNVS INCVLPATVS FVERIT VNA DE HIS NOMINATIS CVLPIS, VT HABEMVS INSERTVM, OBSERVETVR PER CONSTITVTIONEM DOMINI LOTHARII IMPERATORIS, QVÆ EST CONSTITVTA TEMPORE EVGENII PAPAE ANTE IANVAM BEATISSIMI PETRI APOSTOLI, IN CIVITATE ROMANA, PER LAVDAMENTVM SAPIENTVM PAPIÆ, ATQ; MEDIOLANI, MANTVÆ, VERONAE, QVE BRENVS (ALIAS HYBERNVS) VOCATVR, ET PARMAE, LVCAE ET PISÆ, ET SYPONTI, & MARCHIONVM ATQ; DVCVM, VEL CAPITANEORVM, ATQ; VALVASORVM MAIORVM.

Imperatoris Lotharij ædita constitutio, de consilio sapientum, tractans de successionibus, & culpis, ob quas feuda uasalli amittunt, ab omnibus debet obseruari.

§. SI QVIS MILES MORTVVS FVERIT SINE FILIO MASCVLO, & NEPOTEM RE LIQVERIT, IN BENEFICIVM AVI, IN PATRIS VICEM SVCCEDIT. ET SI HAEREDEM & FRATREM RELIQVERIT, IN BENEFICIVM PATRIS IPSE SVCCEDIT: & SI FILI VS FRATRIS MORTVVS FVERIT, FRATER PATRIS IN *Beneficium aui defuncti succedat.*

Vasallo decedenti succedit filius, aut si non extet, ex eo nepos. Frater autē uasalli, habenti filium nō succedit, donec is filius in humanis agat: Tametsi eo mortuo, ad feudi successionem uocet.

1. Hic tex. de feudo antiquo, & paterno accipi debet, quod inter fratres, diuisione facta, partitum fuit. Nam in portionem fratris nō succedit frater, donec superfint descendentes. Sed illis sublatis, frater, aliique admittuntur transuersales. ut hic in fi. & infra, de succes. fra. uel gradi. succeden. in feu. §. i.

De Beneficio fratris, & qualiter frater in beneficium fratris succedat. Titulus XX.

SI QVIS ACQVISIERIT BENEFICIVM, & SINE FILIO MASCVLO MORTVVS FVERIT, & *Fratrem reliquerit, frater non succedat fratri, sed dominus habeat, nisi per inuestituram a domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine herede masculo: uel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum: uel utriusq; nomine*, DOMINO SCIENTE, SI INSIMVL STETERINT, VEL IN HOSTEM REGIS ACQVISIERINT.

Frater in feudo nouo nō succedit fratri, nisi per inuestiturā a dño hoc sit permissum: aut nisi feudū de cōmunibus bonis, sciēte dño, sit acquisitū: aut nisi fratribus simul cohabitantibus, utriusque nomine, & dño sciente sit obtentum: aut nisi in prælio aduersus hostem pro dño pugnantibus, cōmuni impensa & periculo sit partū.

1. Tametsi in feudo antiquo fratrē succedere fratri, dubiū nō sit, ut infra, de succes. fra. uel gradi. succeden. in feu. §. his uero. Tñ id nō obtinet in feudo nouo, ut hic in tex. nisi in quatuor casibus hic memoratis. Necessariū aūt est, ut p̄libatis casibus, dñi sciētia intercedat, idq; ne inuitus aliū, q̄ quē uoluerit, uasallū habere cogat. Quare si dño ignorāte, equis & armis cōmunibus, aut cōmuni fratrū pecunia feudū obtineat, cōmune nō fiet, sed ad unū dūtaxat, nō etiā ad alterū pertinebit. c. unico. infra, de fra. de no. benefi. inuesti.

De Feudo sine culpa non amittendo. Titulus XXI.

SANCIMVS, VT NEMO MILES SINE COGNITA CVLPA BENEFICIVM SVVM AMITTAT, SI EX CVLPIS IIS, VEL CAVSIS CONVICTVS NON FVERIT, QVAS MILITES VSI SVNT NOMINARE, Quando FIDELITATEM FACIVNT DOMINIS SVIS, VEL PER LAVDAMENTVM PARIVM SVORVM, VEL SI DOMINIS SVIS DESERVIRE NOLVERINT: TVNC CONDICTIO, CAVSA DATA PROPONITVR AD REPETENDVM FEVDVM, EX QVO NON SERVIT DOMINO. NAM SI STETERIT VIGINTI ANNIS, ET VLTRA QVOD NON SERVIERIT DOMINO, NISI NECESSE FVERIT DOMINO, Feudum non amittit.

Vasallus sine legitima causa cognita, & culpa conuicta, feudo suo priuari nõ debet. A nolente aũt prẽstare seruicia debita, feudũ cõdictione, causa data, repetit. De quo in §. ulti. infra, si quib. cau. feu. amit. & in c. licet uasallus. infra, si de feu. defun. con. sit inter do. & agna. uasal.

1. Feudum adimi non debet uasallo, nisi legitima subsistẽte causa. Non eñ ex omni causa, ex qua opinio uasalli grauat, beneficiũ amittit. Nam & sæpe deierat, & beneficiũ nihilominus retinet, ut inquit tex. in §. illud eñ. infra, quæ fuit pri. cau. bene. amit. Talis itaq; causa sit, necesse est, quẽ iudicio parium, legitima fuerit comprobata: ob quam merito tanquam indignus & ingratus, feudo sit exuendus. ut infra, de contro. feu. apud pa. termi. c. i. & infra, de prohi. feu. alie. per Frede. §. penul. Porro si post culpam commissam, uasallus domino fuerit reconciliatus, postea feudo, ea de causa priuari nequiuerit, argu. l. si uxor. §. ulti. in fi. ff. ad l. Iul. de adul. Faciunt ea, quẽ notantur per glos. ulti. §. fi. Insti. de iniu. Ad conuincendam autem uasalli culpam, ob quam feudo sit priuandus, quinq; testium summæ atq; integrẽ opinionis opus est probatione. c. uni. infra, q̃t testes sint necess. ad proban. feu. ingratitudi.

§. SI QVIS MILES BENEFICIVM SVVM VENDIDERIT TOTVM SINE VOLVNTATE VEL IVSSV DOMINI SVI, VT PROPRIVM BENEFICIVM AMITTAT, DECERNIMVS, DOMINVS VERO HABEAT: VEL SI CONCVBVERIT CVM VXORE DOMINI SVI, DOMINO VIVENTE, VEL SI IN PVGNA SVVM DOMINVM DIMISERIT, ET CVM EO NON LABORAVERIT, SI POTVERIT.

Vasallus feudum suum alienans, aut dñi uxorẽ adulterãs, uel eũ in pugna deserens, & cũ eo, si potuerit, nõ laborans, feudũ amittit.

1. Si uasallus feudũ sine dñi cõsensu alienet, eo priuat, ad dñm deuoluendo, ut hic in tex. Quod intellige, si feudum sit nouũ. Nam antiquũ, & paternum feudum alienatũ ad proximos agnatos relabitur. §. hoc quoq;. supra, de succes. feu.

2. Si cum uxore dñi rem habeat uasallus, feudũ amittere meret. Et licet hic tex. disponat de concũbente cũ uxore dñi, eo supẽstite: tñ Aluaro. hic. post And. de Yser. & Nico. de Nea. idẽ obtinere cõtendit, si hoc fiat dño mortuo. argu. l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de doli ma. & me. excep. Vbi patrono semp est reuerẽtia exhibẽ

da tam uiuo, quam mortuo. De hoc, alijsq; ad hanc materiam tendentibus, dictum est supra, quib. mo. feu. amit. in §. item si fidelis.

Quo tempore miles inuestituram petere debeat. Titulus XXII.

SANCIMVS, VT NEMO MILES VLTRA ANNVM & MENSEM VADAT, VT INVESTITVRAM BENEFICII SVI A FILIO, VEL SVCCESSORE DOMINI SVI PETAT, VEL POST MORTEM DOMINI SVI, VEL PATRIS SVI, VEL ALTERIVS CVI SVCCEDERE DEBET: NISI IVSTA CAVSA INTERVENERIT, QVARE NON PETIERIT, VELVTI MORTIS, VEL CAPITALIS INIMICICIAE, VEL INFANTIA, VEL INFAMIA, VEL IVSTA ABSENTIA: & SI (VT SVPRA DICTVM EST) *Non petierit, damnetur.*

Si uasallus miles infra annum & mensem renouationem inuestiturae ab hærede domini defuncti non petierit, aut si uasalli militis successor infra tempus prælibatum prefatam renouationem a dño non postularit, feudo priuabitur, nisi iusta aliqua causa eum merito debeat excusare.

1. Iusta autem causa (ut hic in tex.) esse poterit mors domini aut uasalli: item capitales inimicitiæ inter dominum & uasallum, sine culpa tamen sua exortæ. clemen. pastoralis. de re iudi. in Clemen. Idem obtinebit, si inimicitias cũ alio quopiam gesserit uasallus: cuius metu & periculo, tutus ei ad dominum accessus patere non potest: utputa, quia forte per ditionem inimici sui iter sit ei conficiendum. argu. l. iij. ff. ex quib. cau. maio. & l. de ętate. ff. ad sena. Trebel. secundum Alua. Sed melius probatur in c. accedens. ij. ut lite non contest. Item uasallum excusat infantia, usque ad ætatem doli capacem. §. si minori. infra, si de feu. defun. conten. sit inter do. & agna. uasal. Sed maior quatuordecim annis feudum amittit, nisi infra annum & diem feudi inuestituram a proprio domino petierit. §. præterea. infra, de prohi. feu. alie. per Frederi. Item ipsius domini infamia: ueluti si a principe sit relegatus, aut (ut nostri aiunt) diffidatus, seu bannitus, quem proscriptum recte dixeris, cum quo nulli licita sit communicatio. Idem iuris fuerit, si excommunicationis spiculo sit notatus. Ea enim specie, & obsequia fidelitatis denegare ei poterit uasallus, nam fidelitas cum fama domini finitur, & pariter cum fama domini restituitur. c. domino guerram. infra, hic finitur lex. ita inquit glos. ulti. in fi. in §. ulti. infra, per quos fiat inuestitu. ubi Bal. eius rationem allegans, q̃d cõtumacia, inqt, abstulit, obediẽtia restituit. cui adstipulatẽ pręclarus tex. in c. ex literis. extra, de cõstitu. & est casus in c. ulti. in

fi. uer

fi. uerfi. q̄pdiu in excõmunicatione perftiterit. extra, de pœnis. Itē excufatur uafallus iufta abfentia, ueluti fi abfit caufa reipub. Abfentia quippe eius, qui reipub. caufa abeft, nec ei, nec alīj dānofa effe debet. l. abfentia. ff. de regu. iur. Lęfum namq̧ ius per id tempus, quo quis reipub. operam dedit, corrigitur. l. i. ff. ex quib. cau. maio. in inte. refti. idq̧ ne cui officium publicum damno fit. l. uidelicet. ff. eo. Abeffe autem reipub. caufa eos folos intelligimus, qui non fui cõmodi caufa, fed coacti abfunt. l. reip. cau. ff. eo. Vltra caufas hic in tex. expreffas, etiam aliæ, fimili aut maiore nitentes ratione, fuerint admittendæ. argu. §. fed quia natura. infra, quæ fuit pri. cau. bene. amitten. Proinde fi uafallus non dolofe per annũ & diem fteterit, quod a dño fui beneficīj inueftituram non petierit, feudum ob hoc nõ amittet. Dolus em̄ abeffe uidetur, fi iufta caufa impedięte fteterit. Hæc funt uerba tex. in l. ulti. infra, de prohi. feu. alie. per Lotha. Deniq̧ ignorandũ non eft, uafallũ non militem, fed priuatum, infra annũ & diē prębibatā inueftituræ renouationē petere debere. infra, de capitu. Corra. in princi. fecundũ Bal. in §. nulla. infra, per quos fi. inuefti.

§. SI QVIS FECERIT INVESTITVRAM, VEL CAMBIVM DE BENEFICIO SVI MILITIS, SINE ILLIVS CONSENSV, CVIVS EST BENEFICIVM, PRO NON FACTO HABEATVR.

Dñs feudũ uafalli fui, fine eius cõfenfu alīj cõferre nequit.

1. Hic tex. intelligendus fuerit, cum dominus feudũ a uafallo poffeffum, pure alicui per inueftituram concedere uelit. Hoc enim fieri non poterit, nifi accedēte confenfu poffefforis, ut hic, & in §. præterea. fupra, quib. mo. feu. amit. Diuerfum fi in diē mortis uafalli, eaq̧ conditione, fi decedat fine legitimis fucceffloribus, feudi præfati inueftituram alicui concedat. Id enim licitum erit. c. uni. fupra, qui fucceſ. feu. da. tene. De qua materia latius ibi. & in d. §. præterea. fupra, quib. mo. feu. amit.

§. SANCIMVS, VT NEMO MILES ADIMATVR DE POSSESSIONE SVI BENEFICII, NISI CONVICTA CVLPA, QVAE SIT LAVDANDA PER IVDICIVM PARIVM SVORVM, SICVT SVPRA DIXIMVS. SI AVTEM DIXERIT MILES, QVOD SVI PARES INIQVE IVDICASSENT: MILES IN POSSESSIONE MANEAT PER SEX HEBDOMADAS: ET AD NOSTRAM VENIAT PRÆSENTIAM, CVM ILLIS QVI LAVDAMENTVM, ATQVE IVDICIVM FECERINT: ET ANTE NOS DEFINIEMVS.

Nulli uasallo feudi sui possessio adimi poterit, nisi per sentenciã parium, de culpa, priuatione digna, legitime cõuicto. A qua sentẽcia poterit ad Imperatorem appellare. In possessione tamen & ędibus suis libere permanebit usq; ad spacium sex hebdomadarũ, quibus elapsis, una cum iudicibus, Imperatorem accedet, de hoc negocio legitime cogniturum.

1. Cum a sentencia, super cõtrouersia feudali lata, ad Imperatorẽ appellatur, iudices, qui sentenciam pronunciarunt, se coram Imperatore sistere debent, de lata sentencia rationem reddituri. Sed hoc intelligendum fuerit specialiter obtinere in feudis magnis, quæ tamen ab alijs, q̃ ab Imperatore obtinentur. Nam in alijs apostolos ad Imperatorem destinare suffecerit. l. i. ff. de libel. dimis. secundum And. de Yser. Bal. & Alua. hic. Intelligetur quoq; hic tex. cum ad Imperatorẽ immediate fuerit appellandũ. Alioqui eñ gradatim ad iudices superiores appellandũ esse cõstat. l. imperatores. in prin. ff. de appel. Nam post glos. & Aluaro. hic notat, etiam in causa feudali, appellationem, omisso medio, ad Imperatorẽ deuolui non posse. Porro dum hic tex. ait, in possessione maneat per sex hebdomadas, intelligendus est, ut ante sex septimanas non cogatur a possessione & domo sua, uersus Imperatorem iter arripere, causa apellationis suę prosequendæ, non autem sic accipitur, quasi sex hebdomadę possessioni eius conseruandę sint præfinitæ, quandoquidẽ toto tẽpore appellatiõis pẽdente, in possessiõe tuẽdus est appellator. ut no. in c. nõ solũ. de appel. lib. vi. secundũ Bal. hic.

De contentione inter dominum, & uasallum de inuestitura Feudi. Titulus XXIII.

SI QVIS MILES IN POSSESSIONE SVI BENEFICII FVERIT, & DOMINVS INVESTITVRAM NEGAVERIT, MILES AFFIRMET PER IVSIVRANDVM, SI POTVERIT, QVOD SVVM SIT BENEFICIVM PER INVESTITVRAM DOMINI SVI. ET SI DOMINVS POSSEDERIT, & MILES SIC DIXERIT, QVOD INVESTITVS FVERIT A DOMINO SVO, & DOMINVS NEGAVERIT, ADHIBEANTVR PARES ILLIVS, & PER IPSOS INVENIATVR VERITAS. ET SI PARES NON FVERINT, VERITAS INVENIATVR PER DOMINVM: QVIA NON EST BONVM, VT VERITAS DENEGETVR.

Si dominus agat contra uasallũ feudi possessorẽ, petens hoc sibi, de q̃ inuestitus nõ est, restitui, uasallus autẽ ecõtra, se de eo inuestitũ esse contendat, sacramẽto possidentis controuersia dirimet. At si de eo feudo se inuestitũ esse asseueret, q̃d dñs possidet: eaq; de causa, ut

ſa, ut feudum ſibi tradat, contra dominũ agat: hic uero ſe illũ in ue ſtiuiſſe neget, ille per curię pares intentionẽ ſuam, ſi obtinere uelit, probare debet. Quo non probante, domini ſacramento poſſeſſoris, contentio ſopietur.

1. Poſſeſſio corporalis eam obtinet uirtutẽ, ut ratione iuris p̃ſum pti, aliarũ probationũ defectu, ſacramento ſtet poſſeſſoris. De quo plenius in c. unico. ſupra, de conten. inter do. & fi. de inueſti. feu.

Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Titulus XXIIII.

SI QVIS SINE FILIO MASCVLO MORTVVS FVERIT, ET RELIQVERIT FILIAM, FILIA NON HABEAT BENEFICIVM PATRIS, NISI A DOMINO REDEMERIT. SI AVTEM DOMINVS EI DARE VOLVERIT, PROPTER SERVITIVM, ET AMOREM PATRIS: NON REVOCETVR AB VLLO EX Parentib. ſuis, neq; damnetur.

Patri ſine filio morienti, filia nõ ſuccedit in feudo, niſi hoc a dño redemerit, niſiue dñs ob amorẽ et ſeruiciũ patris defuncti ei dederit.

1. Hunc tex. de feudo nouo intelligendũ eſſe dicit Alua. uel etiã de antiquo, quod libere ſcilicet ad dominum ſit reuerſum.

2. Quanq; dñs filiam uaſalli mortui inueſtire nequeat de feudo, in pręiudiciũ agnatorũ, cũ ſcilicet feudũ eſt antiquũ. §. hoc quoq;. ſupra, de ſucceſ. feu. Tamen ſi feudum antiquum libere ad dominum redierit, aut ſi nouũ ſit, q̃d per mortẽ uaſalli ſine hęrede decedentis, dño aperit, filia de eo poterit inueſtiri, ut hic. De qua materia latius in §. & quia. ſupra, de his, qui feu. da. poſſunt.

Quibus modis feudum conſtitui poteſt. Titulus XXV.

SCIENDVM EST, FEVDVM SINE INVESTITVRA NVLLO MODO CONSTITVI POSSE, ETIAMSI DOMINO IVBENTE, QVIS ALICVIVS REI, NOMINE FEVDI, POSSESSIONEM NANCISCATVR, ET TENEAT: LICET TAMEN POSSESSIONEM TALITER ADEPTAM, DVM VIXERIT, QVASI FEVDI NOMINE RETINERE: HAEREDE EIVS IN HOC IVRE NVLLO Modo ei ſuccedente.

Feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt, etiamſi domini uolũtate, rei alicuius, nomine feudi, obtinendę poſſeſſio alicui tra datur: Quam, uita quidem comite, is ceu feudalẽ obtinebit: ſed ad hæredem eo iure neutiquam tranſmittet.

1. Regulare eſt, feudũ ſine inueſtitura conſtitui nõ poſſe, ut ſcilicet, p̃pria feudi natura potiat, ac ad hęredes trãſmitti queat: niſi talis q̃ſ piã actus intercedat, q inueſtiturę fungat officio, uelut ſi dñs ali-

cui coram paribus curiæ dixerit, uade in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo. Licet enim non intercesserit inuestitura, tamen perinde est, ac si intercessisset: quia ille domini uoluntate possessionem feudi nactus est, feudi nomine, ut inquit tex. in c. i. in prin. infra, de consue. recti feu. Cæterum si nō coram curia parium, huiusmodi uerba dominus protulisset: quanquam per ea uasallus feudi possessionem nactus esset, tamen hoc iure feudi obtinere nō censeretur, ideoque nec ad posteros suos transmittere posset, ut hic in fi. Quod tamen interpretationem recipit: Nisi feudum præfato modo acquisitum, uasallus annali spacio possedisset, tanquam uasallus uerus, seruicia & obsequia domino præstans accipienti. Tali enim actu inuestituram repræsentante, feudum constitui posse uidetur, secundum Alua. hic, & Doct. in d. c. i. uer. inde etiam dicitur. qui textum illum ita interpretantur. Porro si dominus, cui nulla sit parium curia, uerba prælibata coram alijs fidedignis proferat, non secus, atque uera intercedente inuestitura, feudum constitui, æquior est opinio: quanquam Bal. probari non uideatur. Cuius opinioni hic standum non uidetur. argu. §. si uero inuestitura. infra, quid sit inuesti. & in c. i. uersi. qui si tempore inuestitionis. infra, ti. proximo. & in c. uni. uersi. quod autem pares. de notis feu. Vbi tex. quod autem pares tantum debeant interesse inuestituræ feudi, & non alij: hoc tunc uerum est, cum dominus uasallos alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus, quos meliores poterit. Cui etiam congruit tex. in §. quod autem. infra, de consu. recti feu. Illud autem certum est, si Imperator aut rex, ea, quæ superius memorata sunt, uerba protulerit, feudum, tanquam per inuestituram, plenissimo robore constitui: utpote Imperiali actu, & contractu legis uicē obtinente, minimeque opitulatiōe quadam extrinsecus egente. l. penul. C. de dona. inter uir. & uxo. & argu. l. omnium. C. de testa. Quod enim ab Imperatore datur, decet esse mansurum, & ab omni malicia, ac diminutione alienum, ut in constitutione, quæ de dignitatibus & episcopatu filium liberat a pa. potestate. non procul a fi. colla. vi. secundum And. de Yser. hic.

§. SI DOMINVS, QVI INVESTIVIT, FORTE SIT CLERICVS, & CONTIGERIT, VT ANTE MORIATVR, QVAM VASALLVS POSSESSIONEM FEVDI NANCISCERETVR, EXINANITVR FEVDVM, QVOD GENERALITER IN OMNIBVS CLERICIS, QVI FEVDVM DANT, OBSERVATVR.

Si clericus feudi per alium possessi inuestituram alicui cōcedat, & priusq̃ is possessionem acquirat, inuestiens moriatur, concessā feudi inuestitura euanescit.

1. Ex hoc tex. infertur, successorem clerici inuestituram prædecessoris ratam habere non cogi, si eo uiuente, per assecutionē corporalis possessionis, suum non fuerit effectum sortita. Diuersum, si iam effectui fuisset mancipata: quam per obitum concedentis non expirare, ideoq̃ per successorem ratificandam esse constat. argu. c. si super gratia. de offi. delega. li. vi. Intelligendus quoq̃ est hic tex. de clerico inuestiturā faciente de rebus ecclesiasticis. Nam de eius bonis patrimonialibus, aut proprijs concessam, successor omnifariam adimplere cogeretur. c. uni. in princi. infra, de cleri. qui inuest. facit. De hac materia latius traditum est in c. unico. supra, qui succes. feu. dare teneantur.

Si de Inuestitura inter Dominum & Vasallum lis oriatur. Titulus XXVI.

SI INTER DOMINVM & VASALLVM LIS ORIATVR DE INVESTITVRA FEVDI, DOMINO SCILICET INVESTITVRAM SE FECISSE NEGANTE: SI TESTIB. RES PROBARI NON POTERIT, POSSESSORIS SACRAMENTO RES DECIDATVR. IDEM & IN EORVM SVCCESSORIB. OBSERVATVR. SI VERO TESTES INTERFVERINT, & EOS VASALLVS AD TESTIMONIVM VOCAVERIT, EORVM TESTIMONIO CVM SACRAMENTO CREDATVR. TESTES VERO *sint pares eius, & qui ab eodem domino* FEVDVM *teneant.' Qui si tempore inuestitionis absuerint, etiam extranei sunt recipiendi. Qui etiamsi ueritatem celare uoluerint, forte amore, uel precio, uel alia qualibet ex causa, à Comite, uel à populo iurare compellantur, quòd ex ea causa falsitatem non dicant, nec uera scientes taceebunt: His enim non cogentibus eos,* VASALLVS *cum ipso domino ad Imperatorem ire festinet, eiq; causam intimet: & quod Imperator inter eos iudicauerit, obseruetur. Si autem se uenturum, uel nuncium missurum* VASALLVS *promittat: ex quo promiserit, usq; ad annum quietè possideat. Si uero ad Regem non uenerit, uel non miserit intra annum, domini sacramento causa finiatur. Et si testes sacramento iam dicto præstito se non interfuisse dixerint, domini sacramento quæstio terminetur. Hæc omnia etiam in Clericorum personis locum habent, præterq̃ quod de personis testiū dictum est. In Clericorum* FEVDO *pariter accipiuntur pares, & extranei.* HOC IDEO, QVIA CVM CLERICI QVOSDAM DE FEVDO INVESTIVNT, SAEPE ABSCONSE, & SINE PRAESENTIA SVORVM CONFRATRVM HOC FACERE STVDENT.

Excitata controuersia inter uasallū & dominū, se inuestituram fecisse negantem, sicque feudum a possidente uendicantem: si per testes inuestituram suam probare nequeat possessor, sacramento eius lis dirimetur. Idem iuris obtinet, si uel dominus agat contra suc

cessorē uasalli, uel si domini successor contra uasallum hæredemue eius experiatur. Si uero testes habuerit uasallus, qui inuestituræ interfuerunt, mediante iuramento, testimonium proferentes, plenam fidem obtinebunt: modo tamen sint pares, & ab eodem domino feudum obtinentes: nisi dominus pares curiæ non haberet: Hac enim specie etiā extranei testes fuerint legitimi: qui si testimonium perhibere ueritati recusent, aut tergiuersentur, uasallus per iudicem ordinarium eos ad testimonium proferendum compelli curabit. Quo requisito, & testes ad proferendum testimonium tergiuersantes non compellente, ad Imperatorem una cum ipso domino se conferet, causam præfatam inter pares definiturum. Porro si hoc casu se iturum, uel missurum ad Imperatorem recipiat, uigore talis promissionis in quieta possessiōe usq; ad annum permanebit. Et si interea temporis Imperatorē, aut regē non accesserit, in contumaciam absentis, dñi sacramento lis dirimetur. Pari modo si præfati testes, qui requisiti antea fuerant, iam comparuerint, iuratiq; deposuerint, se inuestituræ prælibatæ non adfuisse, iureiurando dñi negocium decidetur. Præfata etiā in clericis feuda concedentibus obtinebunt, prætereq; quod de testibus est memoratum. Inuestituræ siquidem a clericis concessę, cum sępe non ita in propatulo, nec ambitioso spectaculo fiant, per quoslibet testes idoneos, tā per curię pares, q̄ extraneos probari poterint.

1. Cum aliarum probationū non suppetit copia, iureiurando uasalli possessoris, inuestituræ controuersia definitur: modo uasallus annali spacio, quietam feudi obtinuerit possessionem, idq; domino sciente, ut infra, eodem. c. proximo. in fi. Hæcq; facultas per iusiurandum obtinendi etiam ad successores transit, ut hic, & in §. cū datur. infra, de no. feu.

2. Deficientibus testibus ordinarijs, extraordinarij ad probandā inuestituram recipiuntur. de quo infra, qui test. sunt neces. ad no. inuesti. proban. c. i. Porro cum hic tex. innuere uideatur, si tempore inuestituræ pares absfuerint, alios testes extraneos, de facta inuestitura posse deponere, intelligi debet, non ita, ut pares fuerint absentes, sed q̄ dominus pares nullos habuerit, hac enim specie, & constitui & probari per extraneos testes, noua poterit inuestitura. Nam alioqui si dominus pares curiæ habuisset, sed absentes expectandi

ctandi fuissent, dicente tex. nec dicatur inuestituram, ubi sine paribus facta est, ualere: quoniam tunc temporis aberant pares. quia etiamsi absint, tamen expectandi sunt. §. quod autẽ. infra, de consuetu. rect. feu.

3. Propter contumaciam uasalli, aduersario sacramentum defertur, ut hic. Et in causa feudali per appellationem deuoluta, non facta litis contestatione, etiam ad definitiuam sententiam procedi poterit, parte per contumaciam absente, ut hic in tex.

§. SI QVIS SE, VEL PATREM SVVM AB ALIQVO DEFVNcto, VEL PATRE EIVS DE FEVDIS INVESTITVM ESSE CONTENDERIT: NISI PER DVOS PARES DE DOMO IPSIVS DOMINI PROBAVERIT QVOD INTENDIT: VEL ETIAM CVM PARES ABSVNT, PER ALIOS IDONEOS DVOS TESTES: TVNC IN ELECTIONE DOMINI EST, VTRVM VELIT IVRARE CVM XII. SACRAMENTALIB. ILLVM, QVI FEVDVM QVÆRIT, PER SE, VEL PATREM Eius, SI DE HOC QVÆRATVR, DE IPSO FEVDO INVESTITVM NON FVISSE. QVOD SI IVRARE NOLVERIT, ACTOR IVRET CVM XII. SACRAMENTALIBVS, SE, VEL PATREM SVVM INVESTITVM FVISSE. QVOD SI IVRARE NOLVERIT, QVI CONVENITur EST ABSOLVENDVS. SECVNDVM ENIM MOREM MEDIOLANENSIVM HAEC SACRAMENTA PRAESTANDA SVNT TAM A FILIIS ACTORIS, VEL REI, QVAM AB IPSIS PRINCIPALIB. PERSONIS. SI AVTEM ALIQVIS IN POSSESSIONE FEVDI SIT, DE QVO DOMINVS DICIT EVM INVESTITVM NON FVISSE, TVNC SINE PROBATIONE VLLA TESTIVM, DEBET SOLVS IVRARE SE, VEL PATREM SVVM FVISSE INVESTITVM. HAEC Autem sunt ita tenenda, si per unum annum sciente domino, & non contradicente in possessione permansit. Alioqui iusta ignorantia, uel parui temporis negligentia, cũ iniquæ possessiõis periurio quandoq; dño in possessione damnũ affert.

Vasallo se, uel patrem suum de feudo inuestitum fuisse asserenti, & ea de causa feudum a domino uendicanti per duos pares, aut eorum defectu, per alios duos idoneos testes eius rei probatio incũbit. Quo præfata ratione non probante, dominus cum xii. sacramentalibus iureiurando affirmabit, se, uel patrem suum, uasallo inuestiturã non cõcessisse. Verũ si is hoc sacramẽtum subire recuset, ipsi uasallo actori sacramentũ cũ xii. sacramentalibus deferetur, iuraturo se suumue patrẽ a dño inuestitũ fuisse. Vtroq; aũt hoc iuramentũ recusante, dñs possessor absoluet. E diuerso, si in possessione feudi, per annum unũ, sciente, & nõ contradicente dño, fue

erit clientulus,& a domino impetatur, soli iuriiurando possessoris stabitur, affirmaturi,se ,aut patrem suum eius feudi , quod possidet, inuestituram accepisse.

1. Vasallo asserente sibi factam esse inuestituram , nec eam probante , nec feudum possidente , lis dirimetur sacramento domini cum duodecim sacramentalibus , asserturi,nec a se, nec a patre suo inuestituram eius feudi esse concessam, ut hic . Sacramentales autem isti testes deponent per sacramentum credulitatis, uidelicet se credere ita esse,quemadmodum dominus iurauit.c.quotiens.et c.si.de purga.canoni. Si autem dominus hoc iuramentum præstare noluerit, defertur uasallo , ut hic in tex. Quem intellige , si aliqua subsit legitima causa , quę ad hoc iudicem merito debeat commouere. Alioqui enim dominus sine ullo iuramento absoluendus foret. Ait enim tex. si inter dominum & uasallum controuersia sit de beneficio,possidente domino,& uasallo in probatione deficiente,qui conuenitur, nullo præstito sacramento absoluatur. §. ulti. infra, de consue. recti feu.

2. Regula est in materia feudali , præsumi pro uasallo , annali possessore : cum scilicet tanquam inuestitus , domino sciente , & non contradicente,per anni spacium pacificam & quietam habuerit feudi possessionem, ut hic. Sicq; hic casum esse specialem,ex sola annali paciētia domini scientis , & patientis uasallum possidere , & inuestituram , & titulū præsumi . His etiā congruit tex.in c. Titius filios. in fi.si de feu. defun.cōten.sit inter do.& agna.uasal.

De Feudo dato in uicem legis commißoriæ reprobanda. Titulus XXVII.

SI QVIS OBLIGAVERIT ALIQVAM REM PIGNORI, EO PACTO, VT SI STATVTO TEMPORE PECVNIA SOLVTA NON FVISSET, RES ESSET CREDITORIS, ET EAM PRO FEVDO HABEAT: POTEST DEBITOR QVANDOCVNQVE PECVNIAM SOLVENDO, PACTO NON OBSTANTE, PIGNVS RECVPERARE. FEVDVM ENIM NON SVB PRÆTEXTV PECVNIÆ, SED AMORE & HONORE DOMINI, ACQVIRENDVM EST.

Non obstante pacto,ut si statuto tempore pecunia mutuata nō soluatur,rem aliquam pignori traditam,feudi nomine , mutuans habeat: poterit debitor quandocunque mutuum soluendo, rem impignoratam recuperare.

Cum pa

1. Cum pactum legis cōmissoriæ in pignoribus iura reprobent, l. ulti. C. de pact. pig. creditor, ut pignoris dominium directum, uigore pacti a iure damnati, consequi non poterit, ita nec domini um utile, & per consequens nec feudum. Pactum enim legis com missoriæ in feudi acquisitione est damnatum, ut hic. Et quanquam hic tex. in fi. dicat, feudum sub prætextu pecuniæ non esse acqui rendum, sicque uideatur feudum emi non posse, tamen hoc intel ligendum est in specie subiecta, uidelicet, cum modus ipse compa randi feudi reprobatur. Tunc enim pecunia interueniente, feudū nequit comparari. Quare si non per modum illicitum agatur, feu dum pecunia redimi poterit. c. i. supra, quemad. feu. ad fili. perti. & c. i. in prin. infra, de inuesti. in mari. fac. & supra, de natu. feu. c. i. in fi. Porro cum hic dicat tex. non obstante pacto legis cōmisso riæ, rem pignoratam quandocunque, soluta pecunia, recuperari posse, consequēs est, ut etiam lapsus triginta annorum non obsit. Ait enim hic Bal. cum in pignoribus interuenerit pactum legis commissoriæ, iuri obferendi nullo tempore non præscribi, idque odio creditoris. Varia hic consarcinari possent ex nostrorum lati fundijs, sed nobis animus non est, alienum solum nostra macerie circumsepire, uerum textus feudales sine ulla ambitione perspi cuos reddere. Licebit & quędam non pœnitenda ex Zasij com pendio ad hanc materiam accommodare.

SI QVIS INVESTIERIT ALIQVEM DE FEVDO SVI MILITIS, VIRI PLACENTINI PRORSVS ASSERVNT, HANC INVESTITVRam non ALITER VALERE, NISI EO CONSENTIENTE, CVIVS ERAT FEV DVM. MEDIOLANENSES ET CREMONENSES NIHIL DISTARE AS SEVERANT, VTRVM EO SCIENTE, VEL IGNORANTE: DVMMO DO EO VIVENTE NVLLVM DETRIMENTVM DE FEVDO SVO SI BI CONTINGAT. HOC AVTEM DICENDVM EST DE EO MILITE, QVI FEVDI SVCCESSORES NON HABET.

Dominus aliquem de feudo sui uasalli inuestire non potest sine possessoris consensu: Alij uero, etiam sine eius consensu, hoc do minum posse affirmant, dummodo uiuenti uasallo nullum ex hoc periculum generetur. Hæc de eo feudo sunt accipienda, cuius pos sessorem nullos post se hæredes constat relicturum.

1. Inuestitura feudi per alium possessi, sub cōditione, uel in diem mortis uasalli possessoris, sine succedentibus decessuri, cōcedi po terit: nullum tamen effectū, nisi feudo ad dñm reuerso, habitura, sicque nullū factura detrimentū, uel possidenti, uel hęredibus eius.

ut hic in tex. & in c. unico. ſupra, qui ſucceſ. feu. da. tene. ubi latius de hac materia tractatur.

De uſu Mediolanenſium, ſecundum quoſdam.
Titulus XXVIII.

QVIDAM OBLIGAVERAT TERRAM QVANDAM SVO MILITI: DEINDE CVM FILIVS SVI DOMINI LONGVM POST TEMPVS PECVNIAM OFFERENDO, PIGNVS LIBERARE VOLVIſSET, FILIVS MILITIS CONTENDEBAT, PATREM SVVM A DOMINO SVO DEFVNCTO DE PRAEDICTO PIGNORE *inueſtitionem Feudi* ACCEPIſSE. VNDE VIRI PRVDENTES MEDIOLANENSES INTERROGATI LAVDAVERVNT, IN ELECTIONE FILII MILITIS EſSE CVM XII. SACRAMENTALIB. IVRARE, PATREM SVVM, VEL SE A DOMINO SVO PER INVESTITVRAM PRAEDICTAM TERRAM TENVISSE: ITA VT PER XXX. ANNOS CONTESTATIO PIGNORIS A PARTE DOMINI ADVERSVS IPSVM, VEL PATREM SVVM FACTA NON FVIſSET. SI AVTEM IPSE IVRARE NOLVERIT, FILIVS DEFVNCTI DOMINI NECEſSE HABET IVRARE CVM XII. SACRAMENTALIB. DEFVNCTVM MILITEM INDE PER FEVDVM INVESTITVM NON FVISSE, QVOD SI ITA IVRARE RECVSET, INVESTIRE IPSVM FILIVM MILITIS, DOMINI FILIVS DE IAM DICTA TERRA PER *Feudum debet.*

Si controuertatur ſuper terra quapiam pignori data, inter hæredem creditoris, & debitoris, hoc, pecunia oblata, pignus luere cupiente, illo uero patrem ſuum, ab eius patre, de pignore, ſeudi nomine inueſtitum fuiſſe contendente: ſacramento contendentis, cum duodecim ſacramentalibus lis dirimetur, iuraturi patrem ſuum, uel ſe, terram præfatam, tanquam feudum per inueſtituram obtinuiſſe, nulla pignoris per triginta annos conteſtatione facta. Si hoc iuramentum ſubire recuſet, ſtabitur ſacramento hæredis debitoris, cum duodecim ſacramentalibus contrarium aſſerturi. Vtroq; autem ſacramentum recuſante, qui feudum poſſidet, per hæredem debitoris de eo fuerit inueſtiendus.

1. Si quis rem aliquam feudi nomine, triginta annis poſſederit quiete & pacifice, ſeruiciaq;, & obſequia, eius nomine, tanquam uaſallus domino præſtiterit, eam ceu feudalē ſibi defendere poterit, ut hic, & in c. ſi quis per triginta. infra, ſi de feu. defun. con. ſit inter do. & agna. uaſal. Et ſi hoc pacto per triginta annos in feudi poſſeſſione exiſtenti, ſolitisque uaſalli muneribus & obſequijs functo, controuerſia moueatꝰ, nec eū conſtet alio titulo, q̄ per inueſtiturā, feudū obtinuiſſe, etiā nullo p̄ſtito ſacramento, abſoluetꝰ. Nam p̄ſcriptione xxx. annorꝫ ſe tueri poterit. d. c. ſi quis